Nono. Quero an arbiter vel arbitrator possit pronunciare de re que non est deducta in compromissum. Ista est questio pulchra et quotidiana ideo bene advertendum est tex. in l. si distinguemus. §. de officio. de arbi. et tex. in l. si cum dies. §. ideo. ut concludunt quod non. Idem tenet specu. in ti. de arbi. §. excipere. ver. sed pone litigantes et sequitur Jo. an. in addi. spe. Ubi si factum foret compromissum de una re puta de domo potest tamen arbitrator iubere restitui domum prima soluta certa pecunia hoc modo. Condemno Titium ad restituendum domum sed prius soluto centum florenis dicto Titio. ita inquit spe. in dicto ver. pone litigantes. Idem tenet Bar. in l. cum a ceptam. ff. de transac. secus autem in arbitro qui solum de iure habet cognoscere secundum spe. in loco preallegato. Ange. autem

in l. cum antiquitatis in hac q. allegatur ultra alios loquitur de re qui arbitrato. in quo factum est compromissum de certa re puta de domo post in eadem oratione disponere de pecunia licet nullum factum sit compromissum de pecunia dicendo hoc modo. Condemno autem ad restituendum domum tuo patri et solvere certum florenorum tuo. Talis sententia valet ut est hic Angel. ubi arbitrum absolutum resolutive in condicionem ut in l. a testatore de condi. et demon. et l. cuius de usufru. Et sententia ut lata sub condicione non extranea ut non in l. ij. § biduum quando ut sit. et ibi plene per Bar. et in l. cum eo. C. de fide. et interlocu. om. iudi. et l. Cin. Bal. in l. non quemadmodum de iudi. et ibi plene per Ange. et quod appellet male dixisse per in dicente per arbitrum non posse ita pronunciare et cum iudex possit ergo et arbitrator cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum ut in l. ij. de arbit. Secus sim Angel. si arbitrator iuberet in alia oratione prestare pecuniam que non fuisset deducta in compromissum tunc non valeret sententia in pecunia sed bene valeret quoad domum que fuit in compromissum deducta. Exemplum ponit Ang. puta si in uno c. condemnatio est facta de domo in alio c. separato condemnatio est facta de pecunia certe non ut quoad dispositionem pecunie. Hec sunt verba elegantia do. Ang. quam qua obliviosi tradeda in l. cum antiquitatis de trans. sur. ¶ Item ut Angel. d. l. cum antiquitatis potest arbitrator condemnare possessorem rei petite ad dandum petenti pecuniam licet de illa non fuerit factum compromissum quod pecunia certa res estimata hoc modo. Condemno titium et cum ad dandum decem seio petitori. ¶ Ex predictis et infertur quod non ut sententiam arbitratoris quod pronunciat creditorem debere debitorem suum liberare generaliter ab omni eo quod petere posset ex quacunque causa cum de hoc non sit compromissum factum secus si in compromisso contineatur hoc posse. ¶ Eodem modo non potest cogi creditor cum solvitur per debitorem liberare eum ab omni eo quod petere potest ex quacunque causa sed solum cogitur liberare eum et facere quietationem de eo quod solvit. ¶ Similiter non potest cogi qui facere compromissum de omni eo quod petere posset ex quacunque causa etc. Hec est sententia Bar. et Ang. in d. l. cum antiquitatis. Et est casus in l. uij § i. de transactio. Et est id quod allegant generales inducere capitulum. Unde est quod dicit unus consulens in d. l. cum antiquitatis liberalitatem cum captiosam interpretatio prudentium fregit. Hoc facit quod multo debitores qui non volunt solvere offerunt se pecuniam debitam soluturos dummodo creditor velit facere sibi finem et remissionem generalem de omni eo et toto quod ab eo debitore peti posset ex quacunque causa. Certe debitores male petunt et contra iustitiam cum sufficiat creditorem debitorem suum liberare et eidem facere finem et remissionem super eo, et ex ea causa de quo et qua sibi solutum est.

Decimo. ¶ Quero an valeat sententia arbitratoris lata partibus absentibus et de sententia ab arbitris in unius quod dubium est non valere ut in l. die proferre. § si quis litigator de arbi. ubi dicitur quod non valet sententia arbitri lata si unus litigator non adfuit sed pena poterit peti per presentem adiecto arbitratu et nunc poterit pena peti. Ita scribit Inno. in c. ex parte de arbitris. ¶ Circa autem presentem articulum Per. et Cin. in l. fi. C. de contrahenda emptione tenent quod non valet sententia arbitratoris lata partibus absentibus. Sed postea Cin. addiderunt post Bar. in l. si quis arbitratu de v. obli. et l. quod non ut quod ter. in d. l. si quis arbitratu et in l. quod si nolit. § si quis ita de edi. edic. et per l. legatum de usu. lega. que quidem sententia vera est quando partes nunquam fuerint audite. Ubi vero partes plene fuerint audite ab arbitratore licet non fuerint presentes in calculo sententie tunc dicta sententia bene ut sim Bal. qui ita singulariter notat in d. l. fi. Pro qua quidem sententia facit no. dictum Inno. in c. cum dilectus de testa. in glo. que incipit. Quod erat verum etc. ¶ Item alia ratione non tamen sententia post ferri per arbitratorem in die feriato in honorem dei ut l. fi. C. de feri. et ibi no. Bal. Idem tenet ipse Bal. in c. tertia de feriis et in l. fi. C. de iuden. emp. Per ipsum amplius est Bar. in l. si feriatis ff. de fer. Quam quedam sententia primo tenuit spe. in ti. de arbi. § fi. ver. sed nunquid amicabilis compositor etc. Secus est in arbitrio cuius sententia ferri non potest die feriato in honorem dei et si fertur est nulla ut no. glo. in l. sed et si compromissum ff. de arbi. et spe. in ti. de arbi. § fi. ver. sed sim premissa vera et quod si arbiter. Et e contrario quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. Hoc etiam tenet Hosti. in summa de arbi. § in quibus ver. item dies feriata et ver. item obstat. Et tamen quando facta die non feriata ad ex-

cludendum sententiam die feriata in honorem dei non valet et ita ita scribit Bar. in l. i. § nunciatio de ope. no. nun. et Bal. in l. fi. C. de feriis et in c. tertia de fer. Idem etiam tradunt d. Anto. de butrio. et Jo. et Inno. et ceteri canoniste ergo concluditur inferius sententiam arbitratoris valere latam absentibus partibus dummodo ante precesserit auditio partium ut supra dictum. Et hec est sententia vera et etiam tenenda quod habent in se equitatem, cum per auditionem partium arbitrator fuerit plene informatus de negocio. Nam non est amplius opus partium presentia cum in materia arbitratoris non sit iudicium nec etiam libellus offeratur ut no. plene in c. quamvis de arbitris. Quinimmo nec est necesse petitio partium coram arbitratore, quia compromissum succedit loco petitionis ita singulariter inquit Bal. in c. fi. extra de re iudica. Pro quo etiam facit similis no. dictum Anto. de but. et Inno. in c. pa. tercia. de offi. dele. ubi dicitur quod in summariis causis non est opus libello per viam rescripti proceditur quia rescriptum habetur loco petitionis. Similiter et in causa appellationis libellus non est necessarius offerri quia ipsa appellatio pro libello habetur ut no. Bar. in l. i. § quod si libelli de appel. et Inno. in c. cum non ignorat de offic. deleg. et Spe. in ti. de lib. prep. § nunc dicendum ver. sed nunquid in causa et Bal. in rubrica extra de rescrip. ¶ Ex his due differentie deprehenduntur inter arbitrum et arbitratorem ultra alias appositas in prima parte huius operis. ut quod sententia lata per arbitrum absentibus partibus non valet secus in arbitratore ut supra dictum est. Item sententia arbitri lata in die feriata in honorem dei non ut scribit Jo. an. in c. decet de immu. ecc. li. vi. in novella. Secus est in sententia arbitratoris cum talis sententia lata est in ecclesia ut sim Bal. quia no. in l. ij. C. de sac. san. ec. Sententia probabilior ut arbitror articulo quam ponit Bal. in l. fi. C. de iudeis emp. Quod si quod fuerit decisum per plures coram arbitratore valet sententia lata absentibus partibus alias non. ¶ Vide Jo. de Anania consilio. Item q. alle Bal. in ti. de invest. feu. in ma. et. ubi tenet oppositum tunc distinctione et opposita. Bal. hoc limitat in auth. et qui. C. de tem. ap. nisi sit lata ultimo die compromissi quod valet omnino. licet multi doc. contrarium consulerent.

Undecimo. Quero sententia est lata in alio loco quam in loco ubi factum est compromissum an valeat sententia puta fuit factum compromissum in hac civitate lata est sententia in civitate Mediolani. Respondeo quod sententia non valet. Casus est in l. si cum dies. § si arbiter ff. de arbi. et ibi late Bar. Idem tenet spe. in ti. de arbi. § fi. v. de loco et ibi tenet Jo. an. in addi. de arbitro. Et locus non est accipiendus nimis stricte in hac materia. Et si fuerit factum compromissum in hac camera non tamen poterit ferri sententia in hac civitate in alia domo quia locus generaliter accipiendus sim spe. d. § fi. v. ut quod questio an stricte.

Duodecimo. Quero lata est sententia per tres arbitros unus condemnavit in x. alius in xx. alius in v. quod sententia valet. Et certe valebit sententia arbitratoris in quo condemnavit in v. quod in v. omnes consenserunt. secus si duo arbitri condemnaverunt in x. alius in v. quod tunc sententia duorum in x. valebit quod sententia maioris duorum est communis. Hec omnia probantur in c. i. de arbi. li. vi. Facit etiam l. duo prestare § ante quorum. ff. de arbi. Quinimmo sim Jo. an. in d. c. i. si illi quos condemnaverunt in x. et in xx. prestatur sententia consentire sive tertius de v. et absolverunt ab illis valet absolutio in v. valet sententia in v. Facit etiam sim prestationum tollitur prestatorem licet cum in plat. ca. § locatorem ff. loca. ¶ Contrarium tamen sim spe. in ti. d. arbitro. § fi. v. sed pone compromissum sed plus sententia Jo. an. ¶ Advertendum tamen est ad hoc ut ut sententia dicitur arbitratoris quod condemnavit in v. alijs duobus etiam in plus condemnantibus ut in exemplo quod positum requiritur quod absolvat ab aliis penis et condemnet in dict. v. ubi gratia petita sunt xx. et si tertius condemnat in v. in aliis xv. pronuntiavit absolvere tertio no in l. i. C. si adversus rem iudicatam scribit Bal. in l. ij. C. de re iudi. ¶ Sed pone ex tribus arbitratoribus unus condemnavit parvum alius absolvit diffinitive tertius absolvit eum ab observatione iudicij cuius sententia valebit. Dic quod sententia illius quod absolvit ab observatione iudicij quod in hoc omnes concordant quod per tales sententias nil agitur nisi quod finitur instantia hoc idem agit condemnans diffinitive absolvens diffinitive ut l. a. ff. de re iudi. ¶ Et est singulariter no. quod ubi in compromisso est statutus certus terminus nunquam potest arbiter vel arbitrator absolvere reum ab observatione iudicij etiam si actor et reus nil egerint nec ullus unquam fuit terminus statutus ad probandum. Sed hoc casu debet reus absolvi diffinitive si per neutram partium nil actum est quia intelligitur ille terminus positus in compromisso adiectus pro termino peremptorio ad probandum et alia faciendum sim bar.

qui in singu. no. in l. si de meis. §. arbiter. ff. de arbi. Hoc ergo locu ab observatore iudicij tm eadem sententia ubi nullus terminus est appositus in cpromisso: et nullus est statutus terminus p hoc ad pronunciandum: et nil factum fuit p quem quod est medium tenendum. Idem no. Bal. in l. ad mo. sendum ff. de iurisdic. et Bal. in c. fi. extra de iurem. Ex dictis etiam infert quod si ex tribus arbitris duo condemnat ad dandum pecuniam infra annum: et alius condemnat ad dandum infra duos annos prevalebit sententia que dicit infra unum annum quia in hoc concurrunt omnes. Ita inquit Specu. in ti. de arbi. §. fi. ver. Quid si arbiter.

Decimotertio.

Quero factum est compromissum in tres ut duo possint absente tertio sententiare: respondeo de iure civili no. et si primum cavetur illo tertio absente non valebit. l. si in tres. ff. de arbi. et si postea ille tertius compareat et consentiat tamen illorum duorum. Ita singu. dicit Joan. an. in c. cum ab uno de re iudi. li. vi. et Spe. in ti. de arbi. §. fi. v. Sed pone quod inter. Idem sentit Bar. in l. si unde de re iudi. et Sing. in l. li. ff. de iudi. et ergo quod ille tertius si expresse compromisset alios duos modum ut sui et ipse pronunciat et sententia non valeret quia hoc arbiter facere non potest l. no. distinguentes §. fi. ff. de arbi. l. in compromisse. et ff. quis in l. si cum et. Et ita no. Bal. in l. i. C. de sen. et pericu. et bar. in l. duo ex tribus de re iudi. Secus si de iure cano. quia ibi duorum tertio absente ut de re iu. li. vi. dummodo ille tertius requiratur per alios duos presentes ut no. Jo. an. in d. c. cum gl. in v. Ad. et hoc casu sufficit una requisitio et generalis ubi par citat parte gl. et singu. in d. c. de bur. v. regruit quam glo. sequitur bal. in l. ad pemptionum ff. de iudi. Et idem erit de iure civili ubi dictum fuit in compromisso quod duo possent procedere sine tertio ut no. Spec. in ti. de arbi. §. fi. et no. facit tex. in l. non distinguentes §. cum pares de arbi. sed tertius requiri debebit per socios ut no. Jo. an. in d. c. fi. de arbi. et Spec. in d. §. fi. v. si nunquid quando hoc actum est. Et sic quando apposita est clausula in compromisso quod quodque facerent maior pars vel pronunciaverit dispo. d. c. i. de arb. li. vi. vendicet sibi locum etiam in foro laico quando non esset apposita dicta clausula in terris imperij stante multis in terris ecclesie statuentibus iuri cano. Ita scribit Jo. an. in d. c. ij. et bal. in l. duo ex tribus de re iudi. bal. simpliciter tenuerit standum esse omni casu dispo. iuris canonici et male ut ipse no. in d. c. fi. extra de re iudi. ¶ Item ubi arbitri sint electi de necessitate puta ex forma statuti tunc si compromissum factum est in tres sufficit duorum sententia etiam absente tertio dummodo fuerit requisitus per alios duos. Ita singu. tradit bal. in l. item si unus. §. item si plures. ff. de arbi. ¶ Ubi autem in compromisso dictum esset quod omnes tres deberent concorditer pronunciare tunc non habet locum dispositio d. c. i. in glo. super verbo presente. Idem dicit Specu. in titulo de arbi. §. fi. ver. Sed quid si actum est in compromisso et et hoc ut verba aliquid operentur. ¶ Sed quando sic compromissum est vel simpliciter compromissum est et est dictum concorditer vel de maiori parte et unus ex tribus qui interfuit examinationi cause tempore ferende sententie se absentaverit an alij duo poterunt ferre sententiam. Hoc confirmat Spe. in ti. de arbi. §. fi. ver. quid ergo. et nil determinat Inno. in c. rainaldus de testa. in gl. super verbo et forma no. distinguit quod si ille absentatur dicit apparere suum cum socijs et ipsi eidem si inde postea se absentavit poterunt alij duo ferre sententiam et valebit quia cessat ratio quare non deberet valere quia eis sententia possit alios in suam trahere sententiam si ipsi arbitratores admittent non et elevassent suam faciam quia tunc etiam si alter dolose se absentasset non possent alij duo ferre sententiam. Bar. autem in l. duo ex tribus de re iudi. distincte tenuit duos ex tribus non posse ferre sententiam quia duplex est ratio quare non valet sententia uno absente. Una quia sua presentia posset trahere alios in suam sententiam. Secunda quia compromissum est in omnes ferant sententiam ut dicit tex. in l. si in tres ff. de arbi. Facit etiam tex. quo ad secundam rationem in l. pedius in si. ff. de arbi. Unde licet deficiat prima ratio adhuc subest secunda: ideo quia omnes tres debent pronunciare. Et hec sententia Bar. est ipsa veritas a qua non est recedendum. ¶ Et quando dictum fuisset cum potestate procedendi et sententiandi per duos ex eis quod non possint alij duo sine tertio citato pronunciare dixit dominus Salustius de Perusio civis et advocatus florentinus. ¶ Quid autem si fuit factum compromissum per ista verba ut Bastianum Raphaelem et Hieronymum et maiorem partem ipsorum sufficientem. Quid importent ista verba et an duo alio non requisito vel citato possint sententiare. Dicetur in fine huius operis plene.

Decimoquarto.

Quero an valeat sententia arbitri quod pecunia fuit compromissa et clarum est quod non in iudicem arbitro idem est dicendum in effectu tamen ut ipso iure. obstat exceptio doli. tex. est in l. i. arbi. C. de arbi. et no. Host. in summa de arbi. §. in quibus. v. unum obstat. Hoc est quod et clarius Spec. in ti. de arbi. §. differt. circa pri. Si arbiter accepit pecuniam ut suam ferat per una parte non cogitur pro re iudicata secus si accepit pecuniam ut iniquam dicat ut iungit glo. in l. i. §. i. ff. de arbi. et host. in summa. in §. quale. v. non cogitur si sordes. Si autem sententia fuerit lata per arbitrum sententia ut et no. glo. in l. si et si in bunc. §. sunt alij ff. de arbi. et tex. in l. in suo vedito. §. cum pretor. ff. de recep. arbi. Et tunc habet locum restitutio contra talem sententiam ut ibi dicitur.

Decimoquinto.

Quero compromissum et factum in tres et lata est sententia uniformis per omnes puta quod condemnaverunt omnes vel absolverunt omnes sed separatim et diverso tempore durante tamen compromisso an valeat sententia hoc non tangit per doc. ¶ Ego puto valere quia cessant omnes rationes quare non valeat sententia lata per duos absente tertio scilicet quia absens si fuisset presens potuisset alios in suam sententiam trahere. ¶ Item quia omnes debent pronunciare ut in l. si in tres ff. de arbi. et no. bal. in l. duo ex tribus de re iudi. Hic vero omnes pronunciaverunt licet unus fuerit absens ab alijs et etiam duo ab uno et sic nullus fuit presens sententie alterius. ¶ Item sententia unius si processet cum ceteris fuerit concordes. ¶ Item nullibi reperio quod lex specialiter requirat quod omnes arbitri vel arbitratores simul pronuncient. Non ob. l. si in tres. et quia ibi tertius absens non pronunciavit et si pronunciasset contra sententiam alij ab alijs qui si fuisset presens sententiis aliorum potuisset illos in suam sententiam trahere que omnia cessant in tali questione ut supra.

Decimosexto.

Quero factum est compromissum de pluribus controversijs simul et arbiter tulit sententiam super una lite tantum et de alijs nil dicit. an valeat sententia. Dic quod si dictum est quod simul de omnibus pronunciare debeat non valet sententia quasi sequuta non sit iuxta formam compromissi non de novo pronunciare debet de omnibus. Si autem dictum est quod separatim possit pronunciare de dictis controversijs tunc valet sententia super pronunciatio de alijs obmissis pronunciare debebit vel l. quod tamen ff. de arbi. et ibi et casus expressus. Sed quid si non apparet quid sit actum quod non est dictum separatim nec coniunctim vel simul vel quod in compromisso fuit dictum quod separatim possit pronunciare de dictis controversijs et dictum et quod simul debeat de illis pronunciare glo. in d. l. quod si non potest optime ratione decidendi. Host. vero in summa de arbi. §. qualiter. v. et differunt. dicit simul de omnibus debere pronunciare debere. Bar. tamen in d. l. quod tamen no. distinguit quod aut omnes controversie erant posite et pie unius litigatoris puta actione et tunc arbiter poterit separatim de illis pronunciare. Aut controversie geniti erant utriusque partis puta actor reum et reus reconveniens actorem et tunc dicit propter naturam reconventionis omnes controversie simul decidi. d. §. fi. ff. quando re. sen. sine appel. ita singulariter loquitur bal. in parallelo loco si recte inspiciatur. ¶ Et in hac sua distinctione innuit Bar. reconventionem posse fieri coram arbitro quod est falsum contra tex. expressum in c. cum dilectus de arbi. ubi reconventio nullatenus fieri potest coram arbitro. Sed potest salvari Bar. quia ubi controversie fuerunt mote in modum conventionis et reconventionis coram iudice ordinario et lite pendente fuit factum compromissum de omnibus suis controversijs in arbitrum quod fieri permissum est et usitatum. Et sic habet pulchra limitatio ad dictum c. dilectus. Potest tamen intelligi quod factum erat compromissum generale de omnibus que hinc inde peti possint per utramque partem quo casu si unus petet quod sibi debetur alter petet quod sibi debetur. §. c. cum dilectus loquitur quando erat factum compromissum de una re tantum et altera pars vult reconvenire de re de qua non est factum compromissum hoc stare non potest ut in d. c. cum dilectus. ¶ Iuxta premissa quero quid si in compromisso dictum fuit quod dictus arbiter semel et pluries et totiens quotiens sibi visum fuerit possit pronunciare etc. An tunc poterit semel lata sententia super uno capitulo vel super una re iterato pronunciare super eadem. Respondeo quod non ut in l. quod tamen et in l. quod labeo. ff. de arbi. Nam talis clausula solum operatur quod super uno capitulo possit semel pronunciare uno tempore et possit super alio capitulo alio tempore et sic de singulis ut no. dicit Bar. in d. l. quod tamen. Et idem est amplexus Spe. in ti. de arbi. §. fi. v. Sed pone quod sententia est quod possit pronunciare sed videbo quare doc. non tangunt. ¶ Pone est factum compromissum super uno capitulo incidente causa

principali q̄s fieri pōt vt est glo. singu. in l. si ligaui in ꝯtrahēdo. ¶ Ei pac. scribēdo. Bar. q̄ casu ꝯpromittendi inter absentes poterit ꝯpromitti vnus articulus, et in tali ꝯpromisso est apposita talis clausula q̄ possit pnūciare totiens quotiens voluerit. An tunc poterit sup eodē articulo plures pnūciare. Breuiter rñdeo ꝯ puto q̄ sic saltē bis. Et hoc p natura illorū verborū totiens quotiens q̄ verificantur vna vice vt in. l. si. i. quantita. ver. deinio. C. de arbi. Et tamen do. cit. in. l. Aug. in. l. si. finita in prī. de dā. infe. vbi dicit q̄ pmisit tum iudici pnūciare totiens quotiens iudex req̄ritur p vna repsentatione, sufficit q̄ pmitteret liberatus est pmissor. ¶ Pro hac mea sententia est tacite no. p Bar. in d. l. quod tamen q̄ singulariter dicat q̄ lz arbiter nō possit sua sententiā mutare nec corrigere tamen ptes in cōpromisso poterint ei dare ptatem mutandi et corrigēdi quo casu tūc sententia lata sup vno capitulo poterit mutare et reuocare. et dicit se ꝯsuluisse in ciuitate Spoleti. Ab aliis tamen clam nihil opa q̄ q̄s eē nō dz vt in. l. si q̄s de legat. et in. c. exhis de spō. ¶ Similiter attenta dicta doct. Bar. arbiter nō posset sententiā suā declarare nec interpretari vt dicit Spe. in ti. de arbitro. § si vsz nūquid verbū obscurum. Tamen et ptes possunt declarare hūa arbitro ō interpretādo suā sententiā p p̄dicta verba Bar. q̄s est no. Et sic puto forte verita. Tamen ꝓbabilius puto posse dici p talia verba similem tamen arbitrum mutare non posse sed posse diuidere capitula. s. hodie pnūciando sup vna parte capituli et alia die sup alia parte. Nec obl. theorica Bar. que loquit cū partes expresse potestatē dederūt arbitro sententiā suam corrigendi et mutandi q̄s non fuit in q̄one nostra que q̄s ꝓcedit vbi fuerūt posita verba generalia quotienscūq̄ vel totiens quotiens. Capienda est enim ex generalitate dictorū verborū ꝓlectura que inducit minorem absurditatem. Nā absurdū foret arbitrū suā sententiā reuocare vel diuidere. Vide de hoc nō in. l. i. C. si aduer. rem iudi.

Decimoseptimo.

¶ Quero in sententia arbitratoris apparet euidens et manifestus excessus vtrū sententia valeat. Dic sm̄ Bal. q̄ sententia est nulla. ut no. in l. i. § i. C. cō. de lega. Secus si adesset excessus sed non esset manifestus quia tunc opus est reductiōe sm̄ eum quod nota.

Decimooctauo.

¶ Quero arbiter tulit sententiā sub ꝯditiōe post ꝯdemno si iuramentū detulerit valeat. Bal. determinat q̄ nō in. c. quintauallis extra de iureiurā.

Decimonono.

¶ Quero vtrū sententia arbitri vel arbitratoris lata lapsa instantia ꝯpromissi valeat. Dic q̄ nō sm̄ Bal. in d. c. quintauallis de iureiu. q̄s intellige quādo in ꝯpromisso est appositū certū tēpus. ¶ Sed quid si in compromisso nō est appositum certum tempus vel aliquis terminus. Quāto tempore debet durare instātia. Specu. in ti. de arbi. in § diffi. i. vers. item vt in terminum. Recitat multas opiniones in arbitro nihil dicit de arbitratore. ¶ Et similiter nihil concludit Bar. in l. si quis arbitratu ff. de verborum obli. nisi q̄ de arbitratore et nihil tangit de arbitro. ¶ Ego circa arbitrum puto debere dici quod si lis est contestata de instātia durare p trien. iuxta iuris iudicijs vt in. l. pperādū. § si. C. de iudic. cū arbitria sint redacta ad instar iudiciorū vt in. l. i. ff. de arbi. Et ita ꝓcedit opi. Azo. de qua Spe. in d. ver. vt in triennium. Sin lis nō est ꝯtestata et tunc iudex pōt cogere ptes ad statuēdū certū terminū vt in. l. i. z et si ꝯpromissum. ff. de arbi. Si vero nō cogit iudex ptes ad statuendū tales terminos tūc arbiter poterit ppetuo arbitrari et vult recte intelligēdo tex. in d. l. i. z si ꝯpromissum. vbi dicit iurisconsultus q̄ p̄tor pōt oī tpe cogere arbitrū suā ꝓferre sententiā. ergo apparet q̄ semp durat arbitriū arbitrādi, alias si eēt finitū aliquo tpe, nō posset p̄tor omni tpe cogere arbitrū dicere sententiā. Et in ꝯcludo circa arbitrū. ¶ In arbitratore vero quāto tpe duret instātia si nō sit pfixus certus terminus. Bar. in l. si quis arbitratu de ver. ob. et l. si. § si. C. cō. de le. dicit q̄ arbitrium arbitratoris finitur q̄n ptes noluerint arbitrari. Si q̄s dicat seu p̄sumat nolle arbitrari distinguit vt arbitriū est collatū in alterū ex ꝯtrahentibus circa substantialia et debz arbitrari infra quadraginta dies vt in. l. q̄ si nolit. ff. de edi. edic. in § si quid ita. Sin circa accidentalia et tunc dz arbitrari quātocius pōt vt in. l. hec venditio de contrahen. emp. Sin arbitrium est collatū in tertium et tunc debz arbitrari infra annū quo elapso anno finitū est ꝯpromissum vt in. l. si. § i. C. cō. de le. Hec est sūma Bar. in locis pallegatis et sequitur de verbo ad verbū dominus Flo. in repetitiōe sua. § arbitrorū. ¶ Mihi sūt vt cū reuerentia tanti doctoris hac opi. Bar. nō posse ꝓcedere. Et primo dū dicit Bar. finitū ēe ꝯpromissum in arbitratore q̄n ꝯstat ipsum arbitratorē nolle arbitrari illud est falsum. nā pone q̄ arbitrator assumpsit arbitriū postea nō vult arbitrari. nōne p̄tor poterit eū cogere. certe sic vt in. l. i. § i. de arbi. et glo. in l. si. C. de ꝯtrahen. emp. Sed si sup istam voluntatem esset finitū arbitriū. certe nō posset p̄tor cogere. q̄ frustratoria esset coactio cū nō posset arbitrari vt pote finito arbitrio Et si dicatur q̄ Bar. intelligit finitum arbitriū per lapsum anni et nō p sola voluntatem. Tūc dico q̄ si per lapsum anni inducitur tacita voluntas per expressam cōtradictionem inducitur voluntas et sic debet eius finitū esse arbitrium et cōpromissum vt plus nō operet̄ tacitum q̄ expressum vt in. l. qui ad certum ff. locati. et l. cum quid ff. si cer. pe. Item vbi dicit Bar. q̄ quādo ꝯfert̄ arbitrium in alterum ex cōtrahentibus super substantialibus cōtract⁹ q̄ arbitrator debet infra quadraginta dies, hoc est falsum. q̄ nō pōt ꝯferri in alterū ex contrahētibus. nā arbitriū vnius ex ꝯtrahentibus in his que sunt substantialia ꝯtractus vt in. l. in emens C. de ꝯtrahen. emp. Et hec sunt verba Bal. in aꝓbat. § allegatis p Bar. videlicet. § si quid ita. quia ibi loquitur in distractu quo tam dicitur ꝯferri in arbitrum vnius ex contrahētibus quo ad accidentalia. q̄ distractus est quoddā accidentale ad ꝯtractū ꝑambalū sm̄ Bal. qui hac. rñdebit hoc nō in. l. si. § i. C. cō. de lega. et in. c. quintauallis. de iureiurando. Preterea dicitur § in d. l. si in quo Bar. fundat opi. suā iudicio meo nihil facit q̄ loquatur in vltima voluntate. et si vult trahere illum. § ad contractum oportet q̄ trahat totam dispositionem illius. § ad ꝯtractū. Absurdū autē esset illum. § p p̄ trahere ad contractū p alia vo parte nō. Si ergo volum⁹ illū. § trahere ad ꝯtractus sequitur vnū im possibile de iure. q̄ arbitrante arbitratore infra annum electio et arbitrium intelligit esse collatum in cōtrahentes vel in alterū ipsorum q̄s est cōtra tex. in d. l. in emens. ita dicit ille. § i. in d. l. si. Et nō placet hec sententia Bar. et Bal. sunt sibi ipsi cōtrarii nā in d. l. si § i. C. cō. de le. z cōtra Bal. et dicit arbitratorē semp posse arbitrari tñ iudex pōt statuere terminū infra quē arbitrabit̄. In cōsilio autē q̄s incipit Bar. solus approbat op. Bar. Ego autē puto verissima Bal. sententiam in d. l. si. § i. Pro qua moueor ratiōe q̄ arbitrator assumitur sup ꝯtractu sup q̄ tractatiōe sm̄ Bar. in l. § et post. ff. de no. op. nūc. et Bal. in l. si C. de cōtrahen. emp. Et arbitrator habet merā facultatem arbitrādi nec vllā p hoc habet iurisdictionē vt sepe dictū est. et facultas p̄cribi nō pōt vt in. l. viā ff. de via publi. et no. Bal. in rubrica de prescrip. extra. Quod intellige verū nisi partes apposuissent terminū, nam termino elapso est finitum cōpromissum. Ita puto dicēdum esse.

Vigesimo.

Sciēdū est q̄ vbi absentib⁹ partibus ꝓrogatio facta est vel altera pte absente et nō intimata est ista ꝓrogatio facta. sententia nō valet verū Bal. in sūma C. de tēp. appel. et in. l. eos. § appellatio de ap. Ide qua materia ꝓrogandis dici placet. q̄ in prima pte et in expōne termini ꝓrogatio. Vide ibi vbi sunt no. verba.

Vigesimoprimo.

Quero an sententia arbitri valeat vbi interuenit iuramentū a pte litigatorū vel arbitri tatem obmissis op. veritas est q̄ ꝯpromissum valet et sententia et iuramentū est seruādum de iure canonico q̄s preualet in hoc iuri ciuili per l. ne in arbitris C. de arbi. resuscitatū auctoritate canonica. Hec est sententia Hostien. in ti. de arbi. § qualiter. v. aliās iuramentū et Spe. eo. ti. § si. v. hoc autē. ¶ Adde q̄ si ptes ꝯpromiserūt sub fide sua parere sententie, q̄ idē est ac si iurassent sm̄ Jo. an. in. c. i. de sepul. li. vi. in nouella et Spe. in ti. de arbi. § si. v. sed pone cōpromissum. Idem tz Hostien. in ti. de arbi. § qualiter. Idem est si fides adsit p promissionem fidei. si fides nō seruet̄ quis incidit in periuriū et est infamis sm̄ Spe. in d. ver. q̄s est menti tenendum et tu bene nota.

Vigesimosecundo.

Quero si cū esset hodie ꝯpromissū hora tertiarū sententia est lata eadē die hora vesperarum an valet sententia

na. Hec q̄ nō p̄ breuitate tpis et q̄ꝛ p̄sumit̄ nullam interuenisse causae cognitionem que precedere debet pronunciare ita scribit Bar. in l. p̄latam. C. de sen. et interlo. om. iudi. [illegible] Anto. de but. et Inno. in c. quoniam [illegible] sententia est lata presentibus partibus et non reclamantibus ex tunc valeret et teneret.

Solutur. Compromissum p lapsu, instante in cōpromisso posite [illegible]

[illegible]

Solet [illegible]

[illegible]

Alterius [illegible]

[illegible]

quero [illegible]

[illegible]

aliū ɔpromittunt. Nā ꝑ hoc nō est erepta iurisdictio delegati vel ordinarij quoad alia cam vt in aūt. si tamen. C. de ꝯmp. ꝑ aeno. Spec. in ti. de arbi. §. finit. ver. aliud autē rū. ec. ¶ Soluit etiam ɔpromissum ꝑ sacerdotiū. puta si arbiter i effectus sacerdos. vt in l. no distinguemus. §. sacerdotio ff. de arbi. ¶ Item finit cōpromissum si capitales inimicitie interuenerint inter arbitrū et partes vel alteram partium vt in d. l. ff. de arbi. et Spec. in ti. de arbi. in pe. ad fi. ver. et si capitales. ¶ Et dicunt capitales inimicitie duobus modis. Videlicet primo si interuenerint inimicitie mortis quia sint minati sibi mortem vel alteri. Secūdo si instituta sint accusatio criminis capitalis vt singula dicit glo. in d. l. iij. ¶ Pluribusq; aliis modis ɔpromissum finit. s. transactione pacto de nō petendo rerum perpetua ac vt in l. nō distinguemus. §. ɔpromisso. de arbi. et in l. cū pacto ti. et Spec. in ti. de arbi. §. et versiculus. ¶ Item soluit si arbiter effectus est iudex puta ꝑtor vel ꝑsul. vt in l. iij. §. fi. de arbi. ¶ Sed mirum videt quia sacerdos pōt esse arbiter et tamen si sit arbiter antequam sacerdos supueniente sacerdotio euanescat ɔpromissum vt d. §. sacerdotio. Sed hoc ꝓungit quia ꝑmo casu sacerdos sciebat se sacerdotē tpe arbitrij suscepti. ideo arbitrari quia hoc qd sibi imputetur. Posteriori vero casu in quodam inopinato supueniente dignitas sacerdotalis est. qua non cogitauerat tpe cōpromissi accepti. ¶ Poterit tamen sacerdos ꝑcere ɔtra ꝑmissibi sit interdictū officiū tabellionatus et maxime si sit paup. Eode mō si sit tabularius pape vel epi vt in Abbr. Jnno et Anto. de bi. an. c. sicut tpra ne cle. vel mona. Qui Anto. ibi subiūgit fm Vin. quia si clericus existens in minoribus efficit tabellio na priuaut bn̄ficio sicut si ꝑssit matrimonium ꝯ c. no. dicit. Soluit denique ɔpromissum si arbiter vel arbitrator post susceptū ɔpromissum pat. iā bn̄ū omnibus bonis suis publicatis. quia talis bannitus ꝑ mortuo reputat. Ita sentit Bal. in c. j. sua de pace ɔstan. in vsibus feud.

Aggressurus. Sum vltimā ptem huius vtilissimi tractatus in quo ꝑmo tractabo clausulas que apponi solent sunt in instrumento ɔpromissorum. Erunde subiciam infinitas questiones.

Primo. Itaq; quero. pone in ɔpromisso appositam est talis clausula quia possit ɔpromissarius de iure et de facto ꝑcedere sed solum de iure pronunciare an talis erit arbiter vel arbitrator. Bar. in l. diem. §. stari de arbi. determinat quia erit arbiter quod etiam placuit domino Floriano in d. §. ab his. eorum per eum repetito. Nec enim illa verba quia possit ꝑcedere de iure et de facto aliquid obsistunt cum in simili in iudice q cognoscit summarie et de plano et sine figura iudicij. z tamen nō desinit esse iudicem eodem modo dicendum est in huius modi. q. Bal. autem in quodam consilio suo quod incipit de iusticia vel iniusticia ec. dicit de ꝓprio significato verborum talem non esse arbitrum quia arbiter non possit pronunciare eque et iniq;. et vtroq; casu eius sententie est standum. vt. l. diem ꝓferre. §. stari. de arbitris. Sic in casu nostro non potest ꝓnunciare iniq;. et si ꝓnunciat iniq; potest appellari secundum eum quod non est in arbitro. Itē nō potest esse ꝓprie arbitrator quia non potest ꝓprie de iure moderare alterius in potest arbitrator. vt in d. § ab his cum sq. c. ii. de. Similiter cōcludit ex largo significatu vocabuli talem magis assimilari arbitro quam arbitratori. ¶ Ego indubitanter cōcludendū est cū bar. ꝓpto per rationes ꝓallegatas. Que sententia placet Fran. de Aretio in l. si quis arbitrum de ver. oblig. repetitione sua. et sequitur dns Anto. in c. quintauallis de iureiur. Ubi tamē fatetur fatentur ɔpromissum in arbitratorē et amicabilē ɔpositorē ita vt pronunciet tamē de iure sic secūdū. d. Bar. vbi. . . . erit arbitrator quia arbitrum habebit informare a iure ꝑ sola naturali equitate. et sic quantum . . . erit informatū a iure potent reduci ad arbitriū boni viri. Nō cuius deficit arbitrij sufficiet ad limites iuris restringat. Non ob. quod allegatur per Bal. in suo cōsilio cōtra sententiam Bar. in prima. §. §. formata. § stari. et nō fuit illa questiō. Primum si statui sentencie arbitri sine eque sine iniq; sit. Alia qōne nostra sunt cōueniunt quia de iure tatū ꝓnunciaret. Ideo seruādi sunt fines mādati. Un si hoc casu iniq; ꝓnunciet sunt erit nulla sicut Bar. in d. §. stari quod et placuit domino Flor. in d. §. arbitrorū. Ergo cum eis seruo quia vbi arbiter excedit fines ɔpromissi quicquid ꝑ eum statuit contra ɔpromissum est nullū. quia omnis potestas arbitri dependet a volūtate partiū respectu eorū que sibi ꝑmissa sunt vt in l. si distinguemus. §. si officio de arbi. et §. fi. ¶ Si in ꝓposita q parte voluerit quia ipse solū de iure ꝓnūciaret. quod si nō facit. quia ꝓnūciet extra iusticiam facit ɔ sibi cōmissa igitur sentētia est nulla. Ideo male dixit bal. in d. cōsilio. quia tūc poterit appellari. quia a sententia nulla nō appellat. vt l. si expressim. de appel. cū si. Et sic voluit Bal. s̄uaz valere quod ɔfirmat d. Fran. de Aretio in repetitiōe in d. l. si quis arbitrum que sequitur d. An. in c. quintauallis. quod expresso est quod iustitie viue nō. l. ogal. Sed tenet te meti quia arbiter tacite ꝓnunciet de iure. ergo ec. Et hoc mihi placet vbi sn̄ia est nulla. puto arbitrum tamē nō posse ꝓnūciare cū functus sit officio suo et si nullas ꝓnunciauit. Laudes. vt in d. c. de re iudi. et ꝑ Spec. in ti. de arbi. §. fi. ver. sed fm iura ꝑmissa. Sec. est in arbitratore quia si moliter arbitratur et ex aliqua ca iterū ꝓo erit arbitrari. hoc verū si est nulla ipso iure. Sec. si est nulla ope exceptionis. Ita singulariter no. Jnno. in c. cum litteris. de offi. deleg. Et de sua Jnno. placuit Bal. in l. fi. C. de ꝑtreb. ein. in quarta. q. Et illa verissimā esse puto. et Pet. et Ci. aliter dixerunt in d. l. fi. male. Et ꝓ hoc ego de facto cōsulens vidi. cū esset ɔpromissum viri ex fratribus predicatoribus de arbitrando ꝓ quibusdam ca. pena terre deberet vēdi. et ipse arbitratus fuerit sine consensu sui superioris sic laudum fuerit nullū. Consului verū posse arbitrari postea superueniēte ɔsensu sui superioris. Dicit tamē An. de bu. in d. c. quintauallis. quia cōmunis opi. est quia sine venia est nulla. non possit amplius arbitrari. sed nō memini me legisse.

Secundo. Quero dicitur in ɔpromisso quia tales ɔpromiserūt in Titiū arbitrū et arbitratorem. An sua exinde lata censebit sententia arbitri an arbitratoris. Respondeo ex mō procedendi hoc cognoscitur nā si processū ē ordine iudiciario seruato porrectus est libellus et lis contestata. tunc dicitur talis sentēntia lata per arbitrum. Si autem nullus ordo iudiciarius seruatus fuerit. tunc dicitur sententia lata per arbitratorem. Ita singulariter no. Jnno. in c. quintauallis de iureiurando in gl. in verbo arbitratoris. et etiam tenuit d. Flor. in d. § ab his. Jde dicendum est in dicū in quo ꝑcedi possit ordine iuris seruato et non seruato sed d. Anto. in d. c. quintauallis. Sed vbi ɔpromissum est factum quod teneat ꝓnūciare de iure tū poterit ꝓnunciare ꝯ ius cōe siue statuta vel c. q vellet. Bro q . . . pos. ca. . . . non. dicit abs. io. de bu. in d. c. quintauallis. et Guil. tenent . . . et Jo. an. dubitet Et est vera sententia d. Anto. quia iudicare fm statuta est ius facere.

Tertio. Quero pone ɔpromissum ē factū in Titiū hoc modo. Cōpromiserūt in titiū tāq; arbitrū cū hoc quia possit ꝑcedere iuris ordine n̄ seruato. an talis erit arbiter vel arbitrator. Hoc quia intelligitur ɔpromissum tanquam in arbitrum et arbitratorem. et an fuerit arbiter vel arbitrator dependet ex forma iudicij vt ꝓxime dictum est. Ita determinat Jnno. in d. c. quintauallis. et Spec. in ti. de arbi. §. fi. ver. sed quero si sit ɔpromissum. Si vō dictum sit ingenue tale in arbitrū nō intelligit cē arbitrator etiā si adijciat cū hoc quia nostra quesitiōes determinet. Ita dicit no. Jnno. in d. c. quintauallis. et no. in Spec. in ti. de arbi. §. fi. ver. qd si cōpromissum. ¶ Aduertēdū tñ est ad vim verbū quia vbi facta est cōmisso alicui ꝑsone puta vel pluribus. nec apparet expresse vtrū sit facta ɔmissio tāquā in arbitrū an tanquā in arbitratorē puta quia dicit ples. Cōmittimus causā nostrā Titio vel in manibus Titij intelligit cōmissio qd illa cē facta taquam in arbitratorē. ita singulariter dixit Bal. in ti. de inuest. in mar. fac. in vsi. feudo. et primo hoc voluit Jo. an. in c. iunocue. de iudic. in nouella.

quarto. Quero pōe state forma ɔpromissi quia electus sit quis tanquā arbiter et arbitrator et ꝑcessit iuris ordine nō seruato et sic tanquam arbitrator. In sententia vero tanquā arbiter iuris ordine seruato dicens. Nos eligentes ponus viam arbitri et tanquā arbiter pronunciamus ec. Utrum in hac sententia cēseat lata ab arbitratore. an vero ab arbitro. Respondeo quia censebit lata ab arbitratore. scdm Bal. qui ita singulariter dicit in d. c. quintauallis. in x. collū. Nam vt sententia censeat lata ab arbitro requiritur quia hoc appareat ex processu et ex sententia fm Jo. de imo. et bal. in dicto. c. quintauallis. Dicendum est idēz ecōuerso in ꝑcedēdo eligit viam arbitri et ꝓnūciauit tanquam arbitrator. puta quia tulit sententiam sine scrip. in reducat ad arbitrium boni viri tanquā sit lata ab arbitratore fm Bal. in l. si qui. . C. de.

epi. au. hen. e plz vo. Anto. in d. c. quintavallis. qui dicit idē esse fm Hosti. qui pmittit in medio suo terminat: cū vnū nō aliud. qa censet arbitrator puta si oblatus est libellus. e ad recipiedū testes nō vocant ptes. e idē tz Host. e vo. Anto. de bur.

Quinto. Quero pone quis est electus tanquā arbit. de gnt via arbitri scadorurie ordinē. nūqd poterit relinquere hac via e redire ad viam arbitratoris. e similiter cū an electa via arbitratoris poterit redire ad viā arbitri. Et in l. si dominū. ff. de fur. e in l. aij. ff. de sta. mil. determinat q nō. Idē z vo luit Bar. in d. §. arbitror. ff. p socio. Hac eandem snām tenuit Specu. in ti. de arbi. §. si. ver. quod si cōpromissum. Sed Host. te nuit cōtrariū in d. c. quintavallis e et Bal. in l. nō codicillū. C. de te sta. p multa verba que nō recito qa hec sna nō est cōis. Ergo ab opi. Spe. e Bar. nō est recedendū tanquā cōior qz cū melioribus rationibus coaduna. C Primo qa eligendo viam vnam alterā renūciare videt. ff. de pac. inter emp. e vend. cōpmissaria. C Secū do qz varietas reprobat. extra de cleri. bnfi. c. ui. C Tertio quia sm pcedens snā est formanda. l. vt fundus cōi diuid. C Pro hac sna dy faciet tex. in l. nō codicillum. C. de testa. e tex. in l. si. C. de codicil. e est ipsa veritas. Et si cōpromisso facto in arbitrum e arbitratorē ferat sna hoc mō. v. ferimus snam hac tanquā arbit. e arbitrator: sna valebit tanquā lata p arbitratorē fm Bal. in l. si codicillum. C. de testa. qui ita dicit de cōsuetudine servari. C Sz retenta hac opi. p vera. v. qz electa vna via nō pōt redire ad aliā. C Pone factum est cōpromissum in duos e electa est via arbi tri. nunqd postea dato tertio per iudicem vel alios poterit ad viam arbitratoris redire. Hoc pcedit ex illa questione vtrum p tertium superuenientem fiat nouum cōpromissum. Nam si sic nouū cōpromissum poterit ad aliam viam reducere se alias nō. Bar. in l. si dominium. ff. de fur. simpliciter dicit esse nouum cōpromissum qa talis non est arbiter sed adiūctus. nam aliquid nō hz pnūcia re sed hm cōsiliū suum aly duo arbitri habent diffinire. vt. l. iij. §. si vnus. §. si. e ibi glo. ff. de arbi. e plenius p Specu. in ti. de arbi. §. si. ver. sed nunquid iste tertius. e Bar. in d. §. si. C Si vero iste tertius esset electus p partes tunc est arbiter e p consequens erit nouum cōpromissum. Et sic poterunt hoc casu arbitri ad aliā viā redire. Cū vt subiungit Bar. in d. l. si dominū si statutū ciuitatis appellaretur tertiū q digeret p arbitros e iudice eē arbitrum tunc cogeret pnunciare simul cum aliis arbitris e hz ei locum id quod voluit glo. in d. §. si. e ei Bar. e Specu. in locis pallē. C In fert etiam Bar. qz etiam hoc casu erit nouum compromissum. e idē electa via via assumpto cū tertio arbitro poterunt arbitri ad aliam viam redire. Et hoc attenta doctrina Bar. in d. l. si domi nium. Vide est no. fm Bar. qz si questio est cōmissa tanquam in arbitratorem e pcessit tanquam arbiter acta censebunt facta p ar bitrum. sed cōtrarium tenuit Anto. de bu. in d. c. quintavallis qa mo dus pcedendi non alterat eius ptatem. idē eius sna reducit ad ar bitrium boni viri.

Sexto. Quero pone in cōpromisso e apposita clausula q possit pcedere diebus feriatis e non feriatis an possit pcedi diebus feriatis in honorem dei. Hic qz si est ele cta via arbitri nō poterit procedi cū arbitria sint redacta ad instar iudiciorū. l. i. ff. de arbi. e certum est nō valere iudiciū latum p iudi cē die feriata in honorē dei nec aliū actum vt vulgo dicit e le gif. l. si. C. de feriis. e ita si esset renunciatum ferijs introductis in honorē dei. Si autē esset electa via arbitratoris tūc poterit pcedi die fe riata in honorē dei cū arbitrator tali die suā sententia possit ferre vt. d. l. si. e ibi scribit bal. e bar. in d. l. si fructus. ff. de fer. C In aliqui bus ferijs inductis ob vtilitatē hominū vt sunt ferie messiū e vin demiarū. siue sit arbiter siue arbitrator poterit pcedere p p dictā renunciationē cum illis ferijs renunciari possit. l. i. ff. de fer. e c. si. extra de fer. Tū hoc casu nō poterit cōpelli arbiter sedere. qz illa re nunciatio non artat arbitrum sedere nisi velit vt no. Spe. in §. si. ver. sed nunquid tenetur iuxta fi. in ti. de arbitris. e Jo. an. in c. de. spe. § verbi signi. in glo. super verbo valere. C Nunquid si fa ctum sit compromissum in arbitratorem duraturum diebus. xx. vtilibus cōnumerentur ferie messium vel vindemiarum. Dicen dum est qz sic duplici ratione. Prima quia hi dies cum sint om nes in quibus actus potest explicari e tractari. l. mulier. §. sexagin ta. ff. de adulter. Sed in talibus potest causa tractari. l. ij. e ligere e iste arbitrationis. secus in arbitro. cū arbitrator nō habz ferias nec co ram eo sint ferie vt scribit bal. in. l. si vt proponis. C. quō e qū iu dex cogatur tales dies currūt. C Secunda ratio cōiungitur talis e incōuin cibilis na vbi in iure dicēdo requirit cessio nō cōnumerantur dies ces sionū. Vbi aūt in iure dicendo requirit cessio. sed de plano pcedi pōt. dies vtiles dicunt et dies nō cessionū. l. ij. §. dies. ff. quē ordo in bo. po. serue. Sz arbitratorē hz necesse sedere nec seruare hz aliquē or dinē iuris cū coraz eo nō sit iudiciū vt vulgo scribitur in d. c. quin tavallis maxime p Inno. e p Bal. ergo oēs dies messiū e vin demiarū cedūt e cōnumerant in casibus vertēdis coram arbitratore. Hec sna suffulta ē auctoritate Ang. qui sic scribit in l. mulier. §. sexa ginta. de adul. vbi dicit ee casum. Et ecōe quidē cōsuluit Bald. in cōsilio qd incipit. Statuto ciuitatis pisane cauetur et qd bene menti.

Septimo. Quero deducta ē clausula in cōpro misso qz cōtraueniens soluere debeat penā rato manente cōpromisso. An virtute huius clausule poterit vtrūqz peti e pena e qd est pmmissum. Respondeo qz sic secun dum Spe. in ti. de arbi. §. si. ver. quid ergo sm premissa. Idē z scribit in l. qui fidem. ff. de trāsac. vbi casus est e est intelligendi qd datus est ex parte rei conuenti. sed cōtra facit actor qui pōt petere pe nā e vicē exceptionē si adhuc petere cepit. ita propterea tenendū est casus in d. l. qui fidē. C Ex parte autem actoris idē censen dum est si in transactione interueniat stipulatio pora quia reus pro misit in transactione actori centum sub pena rato manente pacto. cer te si postea resiliret a transactione volens soluere dicta centū po terit vltra penā petere centū ex stipulatione. Si aūt nulla interue nit stipulatio solū potest peti pena vel repetēdo quod soluit. Tā idē est in actore p interpretationē cōmunē. C Est tamē aduertendū qz si quis contrauenit transactioni ante litē contestandā facta licet cōmis sa sit pena tamen penitere poterit. cōfaciens ante litis cōtestationē. Si transactio est facta post litis cōtestationē si qs cōtrauenit pōt penitere vsqz ad sententiam exclusiue. ita scribit Bar. e Ang. in d. l. qui fidem. de transac. que ita fuit originaliter subtilissimi doctoris domi ni Pe. de bella pertica vt idē refert. p quos opinio est casus in l. siue apud acta. C. de transac. e l. si quis maior eo. ti. e ita no. glo. in l. vo. in d. l. qui fidem. p vnū lectiū glo. de transac.

Trigesimoprimo. Quero lata ē snia per arbitrium die feriato in honorē dei. et sic sententia est nulla vt dictum fuit suo loco. si post hanc sententiam accesserit an per consensum partium illa sententia reconualescat. Confirmatio hoc. q. in iudice. et est Bal. in. l. cum antea. C. de arbi. et concludit qr nō. qr vbi sententia est nulla rōe defectus consensus partium reconualescit per ratificationem ipsarum partium secus vbi alia ex cā sententia esset nulla nā tūc nil operatur consensus partium superueniens post sniam et bene dicitur. Et. l. 3. dic. bene dicit per iudice. an idē est in casu nostro. qr arbitria sūt redacta ad instar iudiciorum. l. i. ff. de arbi. Ex hoc infert per an doc. iudex qr si talis sententia est lata die feriata in honorē dei et sic snia nulla si ē interposita appellatio que fuit per lapsū anni vel biennij deserta nō tamen consensu confirmatur. qr consensus expressus nō posset illā confirmare multo minus consensus tacitus qui resultat ex lapsu instantie nulla sententia sequuta. Subiungit iudex Bal. vnum verbū no. quod est dictum de sententia lata in ferijs in honorē dei idem esse in ferijs ob necessitatem hominum productis vel altera partium nō consentiente procedere talibus ferijs. qr si postea lata sententia partes consenserūt in tali sententia. quod talis consensus nō valebit nec per hoc poterit sententia conualescere. quod dicit esse no. dignum. ¶ Tamen dubito de hoc dicto Bal. qr cum sententia sit nulla rōe defectus consensus partium vel alterius earum quare per postea earum ratificationem nō debet conualescere sententia. cum solū fuit nulla sententia quia partes non consenserūt qr procederet diebus illis. Ergo si modo post sententiam ratificant partes processum factum tali tempore conualescit ipsa sententia per regulā positam Bal. in hoc. q. dicentem qr vbi sententia est nulla rōe defectus consensus potest per subsequentem consensum partium confirmari et ratificari quod no. ¶ Et scias qr sententia et laudum nullum aliter quā per consensum deficientem potest per pactum et stipulationem confirmari nō qr valeat vt sententia et vt laudum sed vt pactum et stipulatio vt per doc. in. l. C. com. vtriusque iudi. ideo cautela est qr partes promittant pacto expresso vel stipulatione obseruare laudum et sententiā et c. Et si reperiē laudum ratificatum et ad spparet de compromisso. Uide Pe. de ancha. in consilio. cx.

Trigesimosecundo. Quero vtrum citatio facta coram arbitro interrumpat prescriptionem. Respondeo qr sic. casus est in. l. cum antea. C. de arbi. § penul. Secus est in arbitratore secundum Bal. in dicta. l. cum antea. quod est intelligendum quando citatione facta compareat aduersarius. Si autem nō compareret aduersarius tūc per talem citationem nō interrumpitur prescriptio. etiam si sit facta talis citatio per iudicem. dictum est singulare Bal. in. l. i. ff. de in ius vocan. Nam vbi producitur contra presentem non est opus citatione. valent enim acta in presentia partis non citate vt no. Bald. in in auctentica si omnes. C. si vt se ab here. abstine. ¶ Quando enim

procedit contra possidentem productio instrumenti, ita interrumpit prescriptionem sicut citatio, ita tangit et tradit Bal. in d. l. a. ff. de in ius vo.

Trigesimotertio. Quero verum acta facta coram arbitro faciant fidem coram iudice et loquor de attestationibus testium. Hoc dubium bodie decisum est in l. fi. C. de testi. et in c. presente. de testi. ubi dicit quod si testes sunt mortui qui fuerunt producti coram arbitro faciunt plenam fidem. Si vero sunt vivi in electione est illius contra quem producti sunt vel stare illis attestationibus cum potestate possendi opponere contra personas et eorum dicta. Si vero aliqui vivunt aliqui mortui sunt quoad mortuos plena fides adhibetur quoad vivos servandum est illud idem quod servatur quando omnes sunt vivi. Et est in electione illius contra quem producti sunt ut dictum est. Et hoc casu si testes qui iam fuerunt producti coram arbitro si non producuntur coram iudice non poterunt dicere amplius in ea coram tali arbitro secundum Bal. in d. l. fi. Bal. dicit verum est et male quia si hoc possent tales testes dicere dicendo ego dico prout dixi alias coram tali arbitro illa l. fina. C. de testibus serviret nobis de vento. quia illa electio que illi tribuitur per illam legem esset de nihilo. quia si testes dicerent dico prout alias dixi coram tali arbitro perinde esset ac si nulla data actio et sic semper starent indistincte attestationibus factis coram arbitro. Fatetur secundum Bal. in d. l. fi. quod si testes petunt terminum ad deliberandum quod volunt videre illud quod alias disposuerint, danda est huiusmodi dilatio ne detur occasio contrarietatem inducendi. Tales etiam testes repetiti coram iudice debent de novo iurare. quia ex varietate temporis mutantur conditiones. ut no. in l. in §. due cause. ff. de carbo. edic. secundum Bal. in d. l. fi. secus est quando testes repetuntur ut declarent dictum suum. quia tunc non iurant ut ibi scribit Bal. cum qui declarat nihil de novo dicit. ut no. in l. heredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. Et predicta non habent locum in arbitratore. Nam testes recepti coram arbitratore non faciunt fidem coram iudice secundum Inno. in c. quintavallis. de iureiurando. quod etiam expresse firmat in d. l. fi. Nicolaus de mat. Jaco. et Bal. et est ratio quia cum coram arbitratore non sit iudicium tales testes non dicuntur recepti ex forma iudicii et perinde est ac si fuissent recepti coram honestis personis carentibus iurisdictione. quo casu tales testes nullam faciunt fidem ut no. in l. a. §. sabino. de testibus. Que omnia limitantur cum arbitrio quod in arbitratore nisi aliud sit conventum per partes. Nam conventio partium facere potest quod detur fides attestationibus et quod nulla detur fides coram iudice. ut est tex. in d. l. fi. in principio. Ex hoc noleunt practica que ponitur in compromissis firmis manentibus actis coram tali factis. Possunt enim partes per conventionem dare fidem actis et non dare fidem. immo idem est secundum eum in attestationibus factis coram iudice. quod est notabile. Sed quid de confessione facta coram arbitro an faciat fidem coram iudice. Specu. in titulo de confessio. §. videndum. versiculo quid de confessio tenet quod sic. Pro quo est casus in l. paulus. §. fi. C. de arbitris. quod intelligunt Jo. an. in additio. et Petr. Cuna. d. l. [illegible] etiam do. Anto. in d. c. presente. de testi. esse verum ut talis confessio valeat postea coram iudice tanquam extraiudicialis. Et propter tantorum doctorum auctoritatem ab eorum sententia non esset recedendum tamen mihi videtur quod talis confessio faciat fidem tanquam iudicialis propter tex. in d. l. penul. que non facit differentiam inter acta et confessionem. Tamen quo ad propositum parum est effectus constituere differentiam utrum sit iudicialis confessio vel extraiudicialis quia utrobique probat presente adversario emanata et neutro casu valet absente parte emanata ut notatur in l. certum. §. si dicente ipsos de confessis. et in l. fi. §. a. de interroga. actio. Cetera autem acta litis ordinatoria ut est libelli datio et litis contestatio perempta instantia perit adeo quod non faciunt fidem coram iudice nisi quo ad effectum iam confirmata. Predictorum talia acta ut est interruptio prescriptionis causata per citationem factam coram arbitro quod durat et fidem facit talis citatio quo ad hunc effectum interruptionis et coram iudice ut notatur in dicta lege penul. Et dicitur suo loco. Hoc firmat expresse Bal. in d. l. cum antea. ad finem sui apparatus. C. de arbi. Sed quid in actis factis coram iudice an faciant fidem coram arbitro. Concludunt omnes doctores in d. l. fi. quod sic et recte. Circa tamen dicta testium constituunt doctores differentiam utrum fuerint publicata et tunc non faciant fidem coram arbitro nec coram alio tribunali et glo. est que reputatur singularis in l. si. ff. que in fraudem credito. et idem tenet Bal. ibi quod etiam in dicta l. fi. C. de testibus. Jaco. de are. Bal. Ja. bu. quod est mens recitandum. Hanc etiam sententiam ponit Cu. in l. properandum. C. de iudi. et ibi etiam firmat Bal.

Tirgesimoquarto. Quero utrum arbitrator possit recusari tanquam suspectus. De arbitro si est dubium quod recusari potest ex causa superveniente. Casus est in l. et distinguitur. §. cum quidam. de arbitris. In arbitratore tenet Inn. Bal. de tute. in l. epistola. C. de epi. et cleri. quod recusari non potest tanquam suspectus quod est preciso mei tenendum. Et potest esse ratio differentie inter arbitrum et arbitratorem hoc casu quia a sententia arbitri non potest appellari nec querelari. Ubi nimis ledatur quis ex suspecto si illum non posset recusare superveniente nova causa. secus si illa causa fuisset tempore electionis quia habet eligens quod sibi imputet ut no. in l. que bona. §. de illo. ff. de damn. infec. et in l. fi. C. de sponsa. et in l. si is a quo. ff. ut in pos. leg. In arbitratore vero si male fuerit arbitratus poterit eius sententia reduci ad arbitrium boni viri ut l. societatem. §. arbitrorum. pro so. Preterea arbitrator non est ad instar iudicis sicut arbiter et ideo arbitrator et eius arbitramentum magis assimilatur contractui quam iudicio. et est quodammodo quidam executor qui habet exequi quod committunt sibi partes. Unde sicut merus executor non potest recusari tanquam suspectus ut c. nouit de appel. est etiam in arbitratore qui est merus executor. nam sic ab executore mero non appellatur nisi modum excedat inferendo enormem lesionem ut dictum est in pluribus locis quod est nota menti tenendum. Sed Inno. et Abba. in d. c. quintavallis. tenet idem in arbitratore ut sic possit recusari cum sit eadem ratio non obstante quod non receditur ab eius persona l. fi. C. de contrah. emp. quia id debet intelligi nisi interveniat nova causa suspitionis ar. l. non distinguemus. §. cum quidam. de arbi. c. insinuante de offi. dele. l. de etate. §. ex causa. de inter. ac. Preterea eodem modo a persona non arbitri receditur l. in compromissis. ff. de arbi. immo uno deficiente expirat compromissum aliorum. §. de offi. dele. c. uno delegatorum. et tamen potest recusari ut d. §. cum quidam ergo idem in arbitratore. Non obstat quod ideo arbiter potest recusari pro eo quia eius sententie sive eque sive inique statur ut l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. non sic in arbitratore cum non deficiat remedium petendi reductionem ut l. videtur etiam. ff. pro so. Sed certe in iudice non deficit remedium appellandi. et tamen potest ex causa recusari. hinc est quod ex nova causa possum recusare iudicem quem elegi et acceptavi ut d. c. insinuante. per glo. no. in verbo recuset. et c. statutum. §. cum alii. de rescrip. li. vi. ergo idem in arbitratore licet electo a partibus.

Trigesimoquinto. Dicitur quod arbitramenta sint redacta ad instar iudiciorum an sit verum indistincte. Dic quod differunt in principio medio et fine. Differunt in principio. quia iudicium redditur invitus et compromissum non redditur invitus nisi in casu quo statutum cogit facere compromissum alias nemo cogitur facere compromissum. l. in §. item et si ff. de arbi. Item differunt in processu. quia coram iudice servatur hermodicum et non coram arbitro ut l. a. C. de arbi. Hermodicum dicitur ubi iudicium potest exerceri et ferri sententia altera parte absente ut d. l. a. et l. de §. si plures. de arbi. Item differunt in fine quia ex sententia iudicis oritur actio sed ex sententia arbitri non nisi in tribus per l. C. Primus quando est iuratum cum scriptura. Secundus est quando est expresse emologatum. Tertius quando est tacite emologatum. tacitum vero ex decursu et compromissum fuerit sine pena l. ne in arbitris. C. de arbi. Sed quod dictum est de iuramento et correctum per auctenticum decernimus. C. de arbi. nam de iure auctenticum ex tali iuramento non augetur effectus nec propterea oritur actio ex laudo arbitri. In arbitratoribus autem nulla est similitudo. In alio etiam differunt quia ubi coram iudice mota est lis in causa evictionis et per iudicem lata est sententia contra venditorem qui denunciaverit causam venditori licet ipse emptor habet contra emptorem regressum de evictione ut ff. et C. de evic. Tamen ubi emptor sine consensu venditoris commisit causam arbitro vel arbitratori que sibi mota est succubuit non habet regressum de evictione contra venditorem etiam si denunciaverit sibi causam vendito-

ria. l. si dictum. §. i. de eui. quod est intelligendum vt non possit agere de dupla contra venditorem. circa hoc glo. in. l. si dictum §. si compromisso. ff. de euic. Idem tenet Ang. in sua nouella glo. Idem tenet Bal. in. l. libera C. de fide. instr. quod circa hoc tamen ad hoc impossibile ipsum agere de euictione quia debet probare quod venditor ei vendidit et bonum quod est suum.

Trigesimosexto Quero vtrum arbiter faciat litem suam si male iudicauerit. dic quod sic sicut iudex. l. si. ff. de varie et extraor. cog. casus est in. l. pe. C. de pa. cons. Arbitrator vero tenetur de dolo et lata culpa secundum Bar. in d. l. si. et sequitur et Bal. in d. l. pe. de alle. l. si in. §. fal. mo. dicit et glo. C. in l. si. C. de Sbeu. emp. quod et tenet Ang. in l. filiusfamilias. ff. de iudic. Hoc intellige quod in subsidium datur actio contra arbitratorem.

Trigesimoseptimo. Quero vtrum arbiter possit punire testem qui falsum deposuit coram eo. Respondeo quod non quia nulla habet iurisdictionem nec imperium puniendi talem testem et quia sibi nil est commissum ab illo teste de cognoscendo de aliquo delicto quare excedere non potest arbitrium sibi commissum. vt. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. et l. si cum dies. eo. ti. Ita expresse determinat hanc q. Ang. in l. si vacantia. C. de bonis vacantibus li. x.

Trigesimooctauo Quero si sententia arbitratoris est redacta ad arbitrium boni viri an possit bonus vir qui cognoscit de causa reductionis pronunciare sententiam arbitratoris nullam si arbitrator non valide pronunciauit vt quia pronunciauit de re que non erat in compromisso deducta et sic de similibus. Respondeo quod sic secundum Bertrandum quem et Bal. in tracto quo tempore miles in vsi. feudo. et per eundem in c. dilecto. extra de appella. so. et fuit ratio dubitandi in hac nullitate vt inquit Bal. in l. arbitrorum C. de arbi. et sic videbatur de nullitate cognosci non posse. et tamen contrarium determinant doctores preallegati. ¶ Et potest assignari talis ratio quod reductio habet instar appellationis. vt. l. non distinguemus. § cum quidam. de arbitris. ¶ Sed appellatio in deuoluit nullitatem ad superiorem sicut iniquitatem. vt. l. quedam mulier. ff. fami. hercis. et in l. cum mota pa. de iure patrona. ergo idem est in reductione. Similiter videmus quod sicut pendente appellatione non potest fieri executio vt in toto titulo nil no. appella. pende. in c. non subest de appel. li. vi. ita pendente reductione interposita a laudo arbitratoris non potest fieri executio dicte sententie arbitramentalis. hoc expresse firmat Bal. in l. tale pactum. §. qui. prouocauit. ff. de pac. in sua repetitione in pen. q. Quod ergo dicitur iudicium reductionis esse iudicium iniquitatis non autem nullitatis tamen quod supra in appellatione dicitur. vt in iuribus supra allegatis. ¶ Et vide Alexan. de imo. in apostillis in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. allegantem Bal. qui tenet iudicem reductionis posse laudum nullum pronunciare.

Trigesimonono. Quero vtrum arbiter possit petere sportulas seu salarium. Respondeo secundum Specu. quod sic. et ita tenet ipse in ti. de arb. §. i. ver. item nunquid arbiter possit a partibus. pro quo est casus in l. quotiens C. de proxime. sacro. scrinio. libro. xij. Idem puto in arbitratore vt videtur casus bonus in. l. item §. sed si messor. ff. si. regun. per quem. §. determinat Bal. in l. ij. C. de sen. ex pe. recita. quod si arbiter vel arbitratorem vnus ideota et dubitat de modo sententiandi potest a partibus petere vnum consultorem prudentem quod secundum eius consilium habeat pronunciare et compellere partes ad salarium exbursandum pro salario dicti consultoris quod nota quia quotidie est in practica.

quadragesimo. Quero pone arbiter elegit consilium sapientis de consensu partium secundum quod habet arbitrari pronunciando et consilio clauso et sigillato dicit in eius sententia pronuncio in omnibus et per omnia prout in consilio continetur quod consilium non fuit apertum per eum sed statim tali sententia lata tradidit consilium partibus ad apperiendum vel alteri parti an talis sententia valeat. Respondeo quod quia arbiter habet pronunciare more iudicis cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum sed iudex eodem modo non potest pronunciare vt l. i. C. de sen. ex pe. reci. cum glo. igitur nec talis arbiter pronunciabit et ita determinat Bal. in d. l. i. dicens aliter fore in arbitratore qui si pronunciat sub dicta forma. sententia sua valebit quod verissimum credo quia arbitrator non habet seruare aliquas solemnitates sed habet meram veritatem considerare vt. §. arbitrorum in penultimo nota.

quadragesimoprimo. Quero Titius condemnatus est per arbitrum ad restituendum fundum quem Titius fundum restituit sed postea eundem fundum abstulit verum cadat in penam compromissi. Et enim in sententia dictum fuisset quod Titius deberet fundum restituere et restitutum penes eum tunc dimittere. certum est eum cadere in penam quia duo sunt precepta scilicet vnum de restituendo et illud est adimpletum aliud de dimittendo eum penes victorem et illud non est impletum. igitur cadit in penam ar. l. celsus. ff. de arbi. Stat ergo questio vbi solum dictum esset quod Titius deberet restituere fundum vel aliam rem et spe. in ti. de arbi. §. i. ver. sed pone arbiter condemnat dicit eum cadere in penam si restituit animo postea accipiendi alias non cadit in penam sed agendum est iudicio ordinario. Bar. in l. sed si possessor. in prin. ff. de arbi. indistincte tenuit vbi talis sententia est lata per iudicem posse adhuc peti de executione quasi adhuc non fuerit perfecte facta executio ar. l. inter castellanum. ff. de arbi. et per tex. in d. l. et si possessor. in prin. ¶ Contrariam sententiam tenuit Cy. in d. l. debitori. C. de pac. per glo. in l. si eum fundum. ff. de con. ben. emp. Ang. vero in d. l. sed et si possessor. in prin. concordat hoc modo. Aut sententia recipit perfecte executionem per actum momentaneum vt est restitutio. et tunc vera est opi. Cy. per glo. in d. l. si cum fundum. ff. de con. ab. emp. Vbi vero non recipit sententia perfecte per actum momentaneum sed requirit actum successiuum et tunc vera est opi. Bar. per l. inter castellanum. supra allegatam. quia l. ipsem et Bar. expresse intelligit in d. l. inter castellanum. Et hec dicta Ange. est nota et menti tenenda. ¶ Ex qua decisione libet inferre ad nostre q. determinationem. quia sicut sententia recepit perfectam executionem per actum momentaneum. licet postea auferatur res per victum victorem non cadit in penam vt est exemplum in casu q. nostre. Nam condemnatio ad restitutionem fundi restitutio facta perfecte sententia est executioni mandata. quia restitutio est actus momentaneus. Sed vbi talis sententia ad suam perfectionem requirit actum successiuum tunc caderet in penam. Exemplum si iudex mandauit Titio ad ponendum fines predij certo loco. nam ad sui perfectionem requiritur quod perseuerent dicti confines. adeo si tollantur dicti confines non videtur sententia executioni mandata. et per consequens cadit victus in penam. ita est casus in. d. l. inter castellanum. Vbi vero lata esset sententia in qua esset condemnatus Titius ad restitutionem fundi et illo restituto iterato Titius turbaret in possessione illius fundi victorem non caderet in penam sed esset agendum interdicto vti possidetis quia fundum restituendo sententie liberatus fuit victus secundum glo. in l. papinianus. §. sed hec. ff. de procura. et tenet etiam Ang. in l. qui restituere. de rei ven. per hanc q. formam in sententia iudicis dicentis liberum esse victorem per sola traditione non obstat quod postea turbet. quia si liberatus est non potuit cadere in penam quasi contra sententiam. ¶ Sed quid si Titius fuit condemnatus ad locandum Seio domum sub pena mille. q. Titius locauit dictam domum et in instro locationis est apposita pena centum de obseruando locatione. q. Titius statim venit contra locationem. an incidat in penam dictorum mille in compromisso contenta vel in dicta centum in locatione contenta. Bar. in l. in nomeratio. nibus de solu. et in. l. si fideicommissos. de leg. i. tenet quod incidet in penam centum in instro locationis contentam.

quadragesimosecundo. Quero vtrum testes producti coram arbitro faciant plenam fidem si reddant malam rationem. Dic quod non quia arbitrator tanquam bonus vir procedere debet ex deceptione non tanquam homo temerarius. tamen si reddat rationem non omnino necessariam sed persuasiuam et a bono sibi attribuito posset talibus testibus adherere secundum Bal. in l. solam. C. de testib. in vlti. q. Non tamen talibus testibus adherere posset si dicto suo nullam reddit rationem et causam secundum ipsum Bal. Quod est intelligendum quando interrogati sunt testes de causa nulla reddant causam alias bene faciant fidem sicut etiam coram iudice vt no. in d. l. solam. et hoc in his que per sensum corporis cadunt in sensum testis puto non debere credere talibus testibus etiam coram arbitratore cum arbitrator procedit tanquam bonus vir vt in. §. arbitrorum. ff. pro so. quia bonus vir non haberet credere testibus de his que non cadunt in notitiam testis vt est in his vt dominium et sic de similibus. cum pro hoc dicatur arbitrator habere informationem. Sed quid si coram arbitratore deposuit vnus solus testis qui concludit per

fecte & concludenter nõne pōt deferri iuramentū in supplementū probationis an potest sm informatiōem habita p solū illū teste iudica re. respōdeo q nō: q arbitratores hñt cognoscere de iure & de facto. que verba important vt sit solutus ab oī solēnitate introducta a iure ciuili. & remanet in meris terminis iuris gentium. ita ꝗ Bar. in extrauagan. ad reprimen. ver. sine figura iudicii. & l. ff. de ferijs. & l. si minor. ff. de curat. & l. si is. C. de pactis. C Albō iure cautū ē q lz sit sublata omnino solēnitas iuris ciuilis q remanet tamen in meris terminis iuris gentiū tamē requirit pbatio necessarie. Tex. est in cle. sepe de ver. signi. & pbat q ad minus sunt duo testes cū in ore duorū vel triū cōsistat oē verbū. vt in. c. in omni. extra de testi. & in. c. cum oēs. extra de testi. & q in dicta clausula esset sublata omnis solēnitas iuris ciuilis remanentibus meris finibus iuris gentium. ita scribit Bar. in d. l. ver. sine figura iudicii. & est ad idē in. c. dum iudicis qui quoniā similem habent potestatem. l. nec quicquam §. de plano. de offi. pcō. & ve cōcludit Bar. in d. l. si societatem. § arbitrorum. ff. p socio. C Cōcludo itaqz arbitratorē nō posse iudicare p iuso maiores habeat p vnū solū testē lz cōcludenter deponente q̄ tene mala quemo logi in qō dixi ver. & p rationes iā alle.

quadragesimotertio

C Quero vtrum in sententia arbitri vel arbitratoris requirat̄ pemptoriū. Respōdeo vbi in cōpromisso est appositus certus terminus intra quem debeat finiri cōpromissum nō requirit̄ aliqua citatio ad sniam audiendū si ferat̄ vltima die termini q terminus ille videt̄ statutus pemptorie sc̄dm Bar. in l. si de meis. § fi. de arbi. & ibi p Bal. alias requirit̄ citatio pemptoria in arbitro qui arbiter ē reductus ad instar iudicis. vt. l. si de meis. § recepisse. de arbi. In arbitratore vero nō requirit̄ pemptoriū sed vnica citatio. vt in cle. sepe. de ver. signi. Vide Bal. in auē. ei qui. C. de tempo. appel.

quadragesimoquarto.

C Quero pone compromissum est factum in duos arbitratores vnū laicū aliū clericū sīna reducit̄ ad arbitriū boni viri cuiusq̄ reductio fieri debeat corā superiore arbitratoris q q̄ sit decimus in seculari an superior clerici erit bonus vir qui debeat cognoscere de reductiōe. dic q sit ga nobilior est ata singulari Bal. in l. fi. pcipimus. C. de appel. & hoc p tex. ibi pecuniā quod no.

quadragesimoquinto.

Quero vtrum iudex possit cogere partes ad faciendum compromissum. Respondeo q non sm glo. ordinariam in l. fi. § iusiu. ff. de his qui no. infa quod ē verum regulariter. Fallit primo vbi p l. n. res publica inquietaret. aūt iudex potest cōpellere partes ad faciendum cōpromissū vt aū. de mand. princi. §. eos aūt. & hoc expresse voluit Ange. in. d. §. quia iusiu. Secūdo fallit secūdū dominū Ant. & Imo. vbi subest legitima causa puta sm eos si partes longo tempore litigauerint. C Nam tunc poterit iudex cogere partes ad compromissum faciendum quod est intelligendum & de iure & de facto. q si facerent cōpromissum solum de iure pax p̄cesset cum arbiter ita sequitur rigorem iudiciorum sicut iudex vt. l. si de meis § recepisse. de arbi. hoc tradit pēn doc. in. c. vnico. de mu. peti. Licet autem iudex nō possit ad cōpromissū coartare partes tā coartare pōt ad pēam vt dicit expsse glo. in. d. §. quia iusiu. In dubio si illud relinquitur q vbi statutū disponit debere fieri cōpromissuz vt si fuerit qō inter affines tūc cōpromissuz fieri de arbi. altera parte petente. Sz si neutra pars petit cōpromissuz hoc fieri dicit q lz statutū hoc disponat nō poterit iudex preā cōpellere ad hoc q iudex nō debet impartiri offm̄ suū nisi petentibus. l. aig. § hoc aūt. & dam. infe. Istō idē q debeat fieri compromissuz est quedā exceptio declinatoria vt no. Bar. in l. procuratore ad exhiben. ff. rem. ra. ha. que exceptio debet opponi per partes nō aūt per iudicē vt no. in. l. i. § qrum qō vi aut clā. Et no. q si iudex videt alterū ptez litigantem fouere iusticia facit ē cōscientiā nō mō cogēdo sed psuadendo facere cōpromissuz. Ancto. de hear. c. i. de deposi. o.

quadragesimosexto.

Quero vtz confessio facta coram arbitro habeat infamare cōfitentez sicut si esset emanata corā iudice. puta quia est emanata sup aliquo delicto infamiam irrogante. Respōdeo q si glo. est sm in l. quid ergo. § si ex cōpromisso. ff. de his qui no. infa. quā glo. sequit ibi Ang. & Bar. & cōiter alij.

quadragesimoseptimo.

Quero pōe statuto caueatur q si fuerit questio inter affines debeat fieri cōpromissū. modo cōtrouersia mouet̄ emptori de re vendita de nūciatiōe facta venditori cōparet venditor suscipiēs defensionē & iudiciū. qui venditor est aūt iuris mouentis cōtrouersiam. querit̄ an virtute dicti statuti cōpromissum debeat fieri. Bar. in l. pcurator ad exhiben. §. i. & rem. ra. ha. determinat q sic. Idē lz Ange. in l. venditor. de iudi. Idē etiā sententiā firmat Imo. in. c. quoniā frequenter. §. in alijs. extra vt lite nō cōt. Bal. vero in. d. l. vēditor tz idē qō Bar. i. l. ij. C. vbi l. rē. a. c. lz ē Bar. & sic Bal. ē sibi cōtrarius ideo in hoc articulo de eo nō est mirandū. C Cōcludo itaqz cū Bar. & sequacibꝫ que opinio est cōmunior. vz stāte statuto de quo. s. venditorē affinis mouens cōtrouersiaz poterit cōpellere dictū mouentē cōtrouersiā ad cōpromissuz lz emptor cōuentus nō fuerit affinis. Ratio q defensor necessarius vti est venditor in causa mote cōtra emptorē pōt cōparere & opponere omnes exceptiones cōpetētes ex psona sua lz nō cōpetentes ex psona emptoris vt est tex. in l. pcurator ad exhibē. & rem. ra. ha. § i. & est tex. in l. idemqz. §. cum generaliter. ff. manda. Lz ergo exceptio cōpeteret vēditori ex psona ppria q affinis ex forma statuti illa poterit opponere & ob opposita fieri cōpromissū. Nec ob. l. venditor. ff. de iudi. & l. i. C. vbi in rē act. que l. videtur disponere q vbi cōuentus ē emptor & cōparet venditor ad defensionē nō pōt venditor cōparens trahere actorem mouentez cōtrouersiā ad forū suū. & si esset clericus vēditor immo ipse clericus haber necesse cōparere & defendere corā iudice laico. glo. & in. c. ij. c. clericū nullus. & no. doc. in. c. quoniā frequenter. vt lite nō cōt. & expresse hoc ita firmat Imo. Nam in dictis ll. agit̄ de mutatione fori. quia causa que est penes vnū iudicem vellet venditor cōparens trāsferre ad suū iudicem diuersum a iudice emptoris cōuenti qō fieri nō pōt si vt in predictis ll. Sed in casu nostro nō agit̄ de aliqua fori mutatione sed solum de trāslatione iudicij inherenda qō nulla lege pibitū reperit̄. Nam nō trāsfert̄ iudicium ad aliam forū cum apud arbitrum sit iurisdictio nec penes arbitratorem vt no. in l. at preto. ff. de re iudi. & per glo. & bar. in. l. nō omnē. de ver. sig. lz solum operatur exceptio cōpetēs ex persona venditoris defensoris necessarij que sm legem opponi pōt vt in iurib. s. allegatis & p dictā trāslationem vt dixi ad nulliū iudicē trāsfertur iudiciū seu iurisdictio vt in dictis ll. que sunt alleg. in cōtrarium.

quadragesimooctano.

Quero pone statuto caueatur q oīs cōtrouersia inter affines cōpromitti debeat & de iure & de facto vertit̄ inter cōsanguineos questio iuste vel alia qō que de iure eē nō pōt in arbitratorē cōpromitti vt est qō liberalis matrimonialis & hmōi. An talis casus seu qō poterat cōpromitti. Respondeo q non sm Bar. in l. preto. ff. de tuto. & cu. da. ab his. & est rō secūdū q statuta recipiūt interpretatiōe passiuā iure cō. vt l. ij. C. de noxa. & in. c. dilecti de cōsue. vnde dum statutū dicit omnis cōtrouersia cōpromitti dz &c. intelligendū q que pōt de iure cō. cōpromitti idest que de natura sua sunt apta in cōpromisso deduci qō no. q quoniam. C Et dic dū statutū ligat minores. & ex his nō potest minor petere restōez. Bal. in l. nō videtur. C. de in inte. rest. Et sic tale statutū nō esset cōpromittēdo minor potest restōem petere nec per hoc incidit in penaz compromissi. Bal. in l. ij. in fi. re ra. ha. & an statutū de cōpromissis ligat clericos & personas ecclesiasticas. Bal. cōsulit q nō & incipit. Statutū queritur an hoc statutū. Sed cōtrariū cōsulunt in cōsilio incipiēte. An cler icus. Et tale statutū q cōpromissis inter affines ligat virum & vxorez qui sunt cā affinitatis. Alex. de imo. in l. aō io. mariz. C. de heredi. inst. predictum statutum habet locū durante affinitate. Bar. in. l. cui eoruz §. i. de posti.

quadragesimonono.

Quero nunqd per cōpromissum possit instātia cause principalis prorogari. Concludūt doc. cōmuniter in l. properandum in prin. C. de iudi. Instantiam triennij principalis nullo modo posse prorogari. etiam si interueniat iuramentum. vt no. glo. & sequuntur docto. in dicta lege properandum. Sunt tamen

men qui dicit talem instantiam posse prorogari si partes velint de nouo opponendo exceptionem lapsus instantie. ar. no. doc. in d. l. properandum. quod procedit vbi iudex pronunciauit de lapsu. q ipse hoc pnuncians pronunciat posse instantiam lapsam esse etiam si partes non opponerent. cum de tali lapsu ex actis constat. videt esse notorium. Et vbi iudici aliquid ex actis constat cum sit ei notum. pot ex parte non instante de facto supplere vt tradidit Inno. in c. consinuante. de appel. et in c. p tuas. de testi. Sic nunc ita expresse Ange. in l. fi. § si partes. de nouis test. ¶ Talis ergo practica bona est si iudex non pronunciat de instantia lapsa. quasi altera pars velit instantiam opponere esse lapsam non audiet propter iuramentum. ¶ Diuersum namque in instantia cause appellationis que per compromissum potest prorogari et etiam per expressum consensum partium. Casus est in cle. quamdiu. de appel. in glo. si tamen. C. de tempo appel. ¶ Sed dubitatur quid si causa est delegata an potest per compromissum talis instantia prorogari. Circa hoc considerandum est quod interdum causa delegatur sine prefixione termini puta quia in litteris dicitur delegamus causam videlicet inter talem et talem debito fine determinandam. et tunc eadem ratio que non potest prorogari instantia cause coram ordinario non poterit etiam et coram delegato. quia ista instantia etiam durat triennio. Sed si hoc casu fuit compromissum per partes in iudicem delegatum poterit talis iudex procedere ex vtraque potestate et delegata et arbitraria et in vno articulo poterit pronunciare tanquam delegatus in alio tanquam arbitrator. Casus est singularis in c. nisi de preben. et singulariter ibi tradit per dominum Anto. et Bal. in c. inter partes. de lege con. in vsibus feudo. ¶ Interdum delegatur cum prefixione termini. vt puta quod dicitur delegamus causam infra. xx. dies determinandam que delegatio cum prefixione termini etiam per inferiorem a principe delegantem fieri potest secundum Inno. in c. si pro debilitate. de offi. deleg. et per Bal. in l. properandum. § sin autem alterutra. C. de iudi. licet Ci. contra et male. Et tunc poterit prorogari posse instantiam per tale compromissum quia prorogatio per compromissum et prorogatio expressa cause ad vlterius equiparantur vt in d. clementina quamdiu. ¶ Sed potest expresse fieri prorogatio ad vlterius tempus hoc modo. Prorogamus instantiam vsque ad. xx. dies. ar. est in c. de causis. de offi. deleg. Igitur per compromissum licebit partibus vel alteri parti adire iudicem delegatum tantum tempus adeuat quantum remansisset tempore compromissi non autem habebunt partes totum tempus integrum. ita no. glo. in d. clemen. quamdiu. quod est no. Est tamen singulariter aduertendum quod vbi dicitur compromissum prorogari instantiam cause appellationis intelligendum venit dummodo compromissum acceptatum sit per arbitrum quia ante acceptationem non dicitur compromissum factum vt l. sicut in prin. cum glo. ff. de arbi. Post ergo acceptationem compromissi currit ipsa acceptatione in compromisso requiritur vt quod cum incipiat agetur coram arbitro intra tempora que fugiunt erunt de causa appellationis per tex. in aut. de his qui ingrediuntur ad appellandum circa prin. nec ob. d. cle. quamdiu que loquitur de iure canonico que seruant vt in suo foro. ita consuluit Fulgo. in consi. quod incipit. Lata sententia diffinitiua.

quinquagesimo

¶ Quero pone quis in iudicio producit instrumentum publicum in quo quis apparet debitor per instrumentum quod ex forma statuti mandari debet executioni. Aduersarius. s. debitor opponit et petit fieri compromissum ex forma statuti disponentis quod si fuerit questio inter affines ex. fiat compromissum et econtra creditor dicit compromissum fieri non debere quia super re clara et que non habet dubitationem non debet fieri compromissum sed solum super re dubia vt l. i. de transac. vt in simili dicitur quod statuto disponatur quod super omni lite debeat dari consilium sapientis si petitur fuerit quod si res clara est non poterit peti consilium sapientis vt no. Ja. de are. in l. ille aut ille. § cum in verbis de leg. iij. et Bal. in l. iij. C. de lega. ¶ Quid et eundem est in hoc articulo dic quod si contra instrumentum opponeretur aliqua exceptio que posset obijci contra dictum instrumentum debet fieri compromissum vt est exceptio solutionis prescriptionis vel simulationis vel alia vt consuluit Ange. in l. Papinianus et expresse tenet in l. post rem de transac. et ibi Bar. Sed si non opponitur aliqua exceptio vel si opponeretur tamen apparet de euidenti calumnia opponentis et petitis compromissum tunc non poterit fieri compromissum secundum Ange. in d. l. post rem et ibi etiam glo. et per eundem in l. ampliorem. C. de appel. et Bal. in l. cum quedam antiqua lex. de iudi. C. Et dicitur eadem calumnia secundum Bar. in d. l. post rem vbi probationes sunt in promptu quod negari non potest vel est notorium et notorium negatur vt vult glo. etiam in d. l. post rem. ¶ Potest tamen etiam adhibere modus transigendi et faciendi compromissum super rebus iudicatis et si dicatur in compromisso quod fiat compromissum de omnibus litibus et questionibus presentibus et que in futurum oriri possunt etiam intelligantur esse super eo super quo arbitratum fuerit. Nam hoc modo faciendo compromissum valebit factum super rebus decisis et ita dicit Ange. in l. i. de transac. et in l. cum hi. § cum libro. C. eo ti. Quod procedit nisi lex prohibeat fieri transactionem. nam tunc non operatur fingere lites. d. §. sed cum l. et ibi firmat Ange. Alio etiam modo potest fieri compromissum super re decisa. Si compromittentes iurant stare omni eo quod arbitratum fuerit per arbitratorem secundum Bar. qui ita sing. dicit in l. si quis maior. C. de transac. et hoc modo operatur virtus iuramenti. quod debet seruari si potest sine interitu salutis eterne vt in c. cum contingat de iureiur. et c. licet mulieres. de iureiur. lib. vj. ¶ Et no. quod si factum est compromissum super laudando et sententiando cum pacto in compromisso apposito. vt quod extunc dicte partes renunciauerunt laudatis quod talis renunciatio non valet. nec a laudo et sententia dicitur esse recessum nisi ex dicto compromisso laudum sequatur secundum Bal. in l. si diuersa. et l. si sup possessione. C. de transac. et Alex. de Imo. in consilio. lxxij. tertia parte consiliorum.

quinquagesimoprimo.

¶ Quero pone factum est compromissum in arbitrum et arbitratorem pacto apposito quod non possint nullitare dicta ec. Arbitrator vltra formam compromissi excedendo vtrum talis sententia potest dici nulla vt quod sic quia per pactum renunciatum fuit nullitati et sic vt non posse dici nulla. Contrarium tamen est verum etiam si dicte renunciationi iusiurandum foret adiectum per c. cum dilecti. de rescri. cum forma tradita sit seruanda. Et si quod per arbitros ex formam compromissi dictum sit non ligat compromittentes. la. no. distinguentes. § de offi. de arbi. nec obstabit dicte nullitati renunciatio cum intentio quod intelligitur dummodo promissa forma seruata sit nec aliqua dici oporteret. Aut huiusmodi compromissi repugnantia continet quod non est admittendum ita no. in simili in termino per Bar. in l. fi. § idem de condi. et de. et per Jo. de Imo. in consilio de reg. iur. ... indi. Aut predicta per sequentia contrarium quod non est verisimile. l. nam ad ea. de condi. et de. Vbi dicitur quod non est verisimile quod velit se immediate contrarie. et sic potius interpretandum est sequentia a posteriori declarata et determinationem recipere. vt ff quod vi aut clam. l. i. § e. per glo. et ibi Bar. Pro quo facit quod generi per speciem derogatur. c. generi per speciem. de reg. iur. li. vj. Clausula igitur generalis subdita renunciauit nullitati per specialem formam traditam in principio compromissi detrahetur rursus et ea specie nullitatis que ex defectu commisse potestatis attribute noscitur descendit illis verbis generalibus vt quod nulla possit dici sententia ec. non excludi nostri censure maiores vt pulchre tradit per glo. in clemen. vnica de sequestr. posse. fruc. quod no. glo. in l. ij. § ar. pretor el. q. vbi post glo. et Bar. qui sunt cog. Cum igitur nullitas opposita in casu nostro ex forma compromissi non seruata et non concessa potestate descendat et palam est proponi potuisse et iuramentum subsecutum talis renunciationem easdem recipit conditiones et moderationes quas ipse renunciationes casus est in l. i. ff. C. si non ra. pecca. et in l. ita demum de arbitris. et C. eo. l. ij. et ar. ff. de vi bonorum. l. si appellauit. quod non est verisimile ec. Ita teneo pro veritate. Et hanc opi. tenuisse compi excellentissimi doc. viz. Rapha. fulgo. in quodam consilio quod incipit viso processu. cause mote inter Bartolomeum ec.

quinquagesimosecundo.

¶ Quero pone statuto quod sic si fuerit controuersia inter affines fiat compromissum ec. Cum fore inter duos affines litigatum est coram iudice. adeo quod publicatus est processus alter litigatorum petit compromissum fieri virtute sic audiendum. Dic quod non. quia recessus ab vno iudice et transitus ad alium censetur quedam exceptio declinatoria secundum Bal. in aut. habita. C. ne filius pro pa. que exceptio declinatoria debet opponi ante litis contestationem vt in l. excep. C. de pro. Et vbi datur alicui electio iudicis inter plures iudices competentes talis facultas potest variari et vsque ad litis contestationem secundum Bal. in dicta aut. habita. Vnumtamen isti affines possunt litigare coram iudice si volunt et possunt coram arbitratore vt statut. Sed si cepta est causa coram iudice

dicere nō possunt ex pmissis hic ꝑte ad arbitratorē sīn. Pro hoc est facit l. agnissimum. C. de iudi. ꝓpōnit hoc licere post triduū. pe‑ tere arbitros iuris ꝑp suspendē iudicia. vt ibi sn Bal. Et arbiter statutarius de arbiter iuris. ꝑp ꝑpea qm̄ lex vbi bn̄ficiū alicui sim‑ pliciter nō distinguens tpa intelligit tale bn̄ficiū denegari publi‑ cato ꝓcessu. glo. est in l. si rem. §. quolibet. ff. de tem. Nec obstat si tū. C. de tempo. ap. qa illa lex loquit in arbit o voluntario. Nā nō est dubiū qz quādocūqz possit fieri ꝓpromissum in quacūqz ꝑte iudicij si ptes sint de hoc in ꝯcordia. Et ita regio fuisse ꝯsuluz p̄ d. Jaco de zocchis de ferraria legente Padue iura canonica ꝯ quod in suo ꝯsilio qd incipit. vt dicendū. Et ꝯsuluit clarissimus iurisꝯsultus d. Marcus de Perusio cuius ꝯsilij tenor talis ē. vz. Christi nomine inuocato vt dicendū qz potest cogi ad ꝯpromittendū et post publicatoz ꝓcessus et testiū et post terminuz ad ꝓducendū iura et post terminū ad allegādū. Iu ꝯpromissuz petit nō solū durāte instātia liꝫ etiā cā appellatiōis. vt ē tex. in au. si tū. C. de tēpo. ap. Facit qd no. in cle. quādiu de appe. Si ergo in appellatiōe multo fortius ante sententiā in primo iudicio. Preterea hn̄ bn̄ficio a lege vel statuto ꝯcesso vbi lex nō determinat tpa pōt actus quolibet tpe celebrari. ff. de eius. l. si rem. §. quolibet. tpe. er‑ go ⁊c. Preterea possunt instātia et acta facta in aliū transferri et il‑ lo stāti cūmona psona reconferri. vt. l. mutari. ff. de Pcu. Sic ergo acta facta corā primo iudice poterūt ꝓduci et successiue recenseri. ergo corā dicto arbitro cū ita tenuit statutū tpa perdēt ꝯpromissuz nō limitet ergo nec nos l. de pcio. ff. de publi. et quod no. in l. i. §. generaliter. ff. de leg. a. Piltan.

¶ Sed ꝯtrarium teneo et primo qr vbi ꝗs incipit iudiciū corā vno iudice si vult ad aliū iudice reuertere dz hoc infra triduū facere. C. de iudi. l. agnissimi. Quietiam vo‑ luit ad arbitros recurrere dicit ibi Bal. dz infra triduū recursum habere. Cū igit iste ad arbitros iuris statutarios velit recurre‑ re dz hoc infra tres dies facere preterea iura dicūt qz qn̄ dat aliciꝰ potestas eligendi vnum ex iudicibus competentibus si aliqn̄ vnū potest illum dimittere et ad aliū redire vsqz ad litis ꝯtestatiōem tantum. Exemplum in scolaritate no. Bal. et glo. in auc. habita. C. ne fil. p pa.

¶ Preterea dimittere primum iudicem et recurre re ad secundum censitur quedam exceptio declinatoria. Ita dicit Bal. in d. auc. habita. sed exceptiones declinatorie ante lite con‑ testationem opponunt. C. de p̄bano. l. exceptionem. et quod nota tur. ff. de iudi. l. sed et si susceperit. ergo in casu nostro nō potest de clinare. Preterea glo. in d. l. si rem. §. quolibet tpe dicit qz post publi catoem ꝓcessus et in calculo ferende sñie nō pōt deuiciari fieri Et sic patet qz licz lex vel statutum concedat simpliciter beneficiuz et non distinguat tempora tamen intelligitur limitatum ad tempus ante publicatoem ꝓcessus. ita dicit glo. in d. §. quolibet tempore. Preterea dicit Bal. in l. si quis rem. de arbi. qz qn̄ debet per vnā partē eligere iudicem et facere ꝓcessum iudicis elusorium vt fe‑ cerunt in casu nostro.

¶ Preterea arbiter habet notoem nō iurisdictoem vt no. in l. at ꝑtor. ff. de iudi. et nisi cognoscat de cā nō pōt laudare de cā sed vbi est tam cognitum et plenarie discus‑ sum. ergo nihil restat quod ad eū spectet. Et si statutū requirit qz arbiter cognoscat summarie de plano sine figura iudicij que cog‑ nitio cessat cū iaz sit cōclusum in cā vt no. in aūc. atqui semel. C. de testi. et quod no. de fide instru. per Bal. ff. de ferij. l. in pecuniarijs. Preterea tale statutū mandans fieri cōpromissuz inter cōsangui‑ neos fuit factuz ne diu cōsanguinei litigarēt et ne expēsis iudicio‑ rum fatigent vt pz ex verbis statuti qz disponit ꝓcedi sine figura iudicij. sed ista ratio cessat qz iaz diu litigarūt et expēse facte sunt imo si cōpromitteret oz iudices facere expensas et acta recolligere et sa‑ laria soluere. qd ē ꝯ mentē et ratione dicti statuti et qz post publica‑ tionē nō pōt peti cōpromissuz tz bal. expsse ff. de iurisdic. o. l.

¶ Ex quibꝰ ꝯcludo qz dictū cōpromissuz ammodo peti nō pōt. qz ante cō‑ testatioēz debuit peti. Et licz qn̄ tēpus nō diffinit per legē relinquit arbitrio iudicis vt no. in l. de iure lib. tñ arbitriū iudicis dz eē iu stificatum vt intelligat vsqz ad litis ꝯtestatiōez p iura et rōes supꝰ alle. Nō obs. o. aūc. si tñ. qr loquit i ꝯpromisso voluntario. Nō obs. qd de l. apostoliz tpe qz intelligit cōtrario vt pz ex gl. ibi posita et qd no. in l. i. de eo qd cer. lo. Nō obs. l. mutari et qd ibi no. qz intelligit in mutatiōe et trāslatiōe instantie tpe pendētio et tāc qz loquitur de trāslatiōe de psona vnī‑ gpatriona ad reliquā in qua semp psona

vnī eadē repsentat. sz hic loquit in trāslatiōe vnius iudicis in aliū in qua translatiōe primus iudex nō repentat. Ad ꝑdicta facit qz iudex q̄ sit tota cā cognouit ipse dz cāz decidere vt no. in d. l. de. q̄ua. ⁊c.

Marcus de perusio consulens.

¶ Quero an petito cōpromisso iudex possit ad vlteriora pro cedere. et procedēdo sit actus nullus. Dic qz aut aliquid est ꝓbandū ex parte opponentis et iudex interī potest ꝓcedere. aut nō est pro bandū et nō potest. de quo plene p Bal. in l. a. C. si quis predi. pot. Bñ stanti inter affines qz fieri debeat cōpromissū. cōprehendat cuiem flocetinum hn̄tē alibi domicilium et bona. Dic qz nō secūz Jmo. in c. sane. de fo. cōpe. et Anto. de bu. in c. si. co. ti. et Alex. de imo. in l. nō distinguemus. §. deliberari de arbi. quia per ꝯstonez flocentie nō poterit cogi.

¶ Quero qñ ꝯpromissum dicat claudicare vt nō teneat. Vide Ancha. consilio. cxxv.

¶ Quero an eā semel cōpromissū efficit semp cōpromittibilis Videt qz sic per l. pater. §. xv. de lega. iij.

¶ Jtez qz nō est maxime sanū sz cū statuto per primū ꝯpromissuz ex quo nō habuit effectū. ar. glo. in l. qui per salutez. et ibi Bal. in ꝑ‑ posito de ure curia. Sz dic qz nō est verū immo finito ꝯpromisso ptes sunt i eo statu in quo erat an factū ꝯpromissuz vt per bal. in l. cum §. apostolos. C. de ap. Et colligit ex dictis bal. in l. si diuersa C. de trāsac. et p Jo. de imo. in l. si quis arbitratu. de verbo. oblig.

¶ Quero si plures ꝯpromiserūt ex vna pte et vnꝰ aliorꝰ moriat an finit ꝯpromissum quo ad alios. et videtur qz sic. vt l. diem pro‑ ferre. §. a. i. gl. de arbi.

¶ Sz qd si collegiū vel vniuersitas i qua sunt x. homines fecit ꝯpromissum et septem ex eis moriantur. An cōpromissum finiatur Videtur qz sic p. d. l. diez proferre. §. an glo. Cōtrariū determi‑ nat Di. et Bar. in l. qd in tex. §. i. ff. de leg. i. qz vniū et ide collegi um est p l. ꝓponebat. ff. de iudi. Qd intellige vez ibi si p vniuste capi tuli fuit factū ꝯpromissū. Secus si p vniūste vnī de capitulo vt. c. ꝯtēta nec plz. vn. so. Et p hoc facit qz lz sit fcm a capitulo in versic. et singulos de capitulo l. si post mortez et ibi plene Bar. de admi. tu.

¶ Et no. qz ad hoc vt valeat cōpromissuz factū per collegiū req‑ quirit qz omnes de collegio sint ꝯcordes adeo qz si vnus ꝯdicit impediat cōpromissum. Ben vnin. c. quia ppter. de elect.

¶ Quero an heres grauatus de restitue de posset cū precedenti bꝰ ins habere in hereditate ꝯpromittere et laudū ꝓiudicat fidei cō missario nisi doceat de collusiōe vt per Bar. ang. et Jmo. in l. cuz hereditas ad tre. et ang. de areti. insti. de fidei cō. here. §. sed quia.

¶ Et an cōpromissuz factum ab vno ex duobus reis credendi noceat alteri Bar. in l. ex duobus. de duo. reis dicit.

